ORATORVM ET RHETORVM GRAECORVM

QVIBVS

STATVAE

HONORIS CAVSSA

POSITAE FVERVNT

DECAS

EDITA

A

FRIDER. GOTTHILF FREYTAG, I. C.

SOCIETAT. IENENSIS LATIN. PARITER

ATQ. TEVTONIC. COLLEG. HONORAR.

4



LIPSIAE

Sumtibus HAERED. LANCKISIANORVM

CIƆ IƆ CC LII



EMINENTISSIMO. AC. ILLVSTRISSIMO

PRINCIPI

ANGELO. MARIAE

CARDINALI. BIBLIOTHECARIO

Q V I R I N O

BRIXIAE. EPISCOPO

DVCI. MARCHIONI. COMITI

REI.



Non intra Italiam constitit, EMINENTISSIME PRINCEPS, admirabilis doctrinae atque humanitatis TVAE fama, sed extra Alpes, in alias penetrauit regiones, et Germaniam, in primis, ILLVSTRISSIMI NOMINIS TVI celebritate impleuit. Id sane praestantissima ingenii doctrinaeque monumenta testari poterunt, quae in do-

ctiſſimorum virorum manibus verſantur, et incredibilem antiquitatis et hiſtoriarum cognitionem, quae cum inſigni humanitate coniuncta eſt, ante oculos, proponunt. Ipſe ego excellentiſſima TVA humanitate, quae propria et gentilis TIBI virtus eſt, ad ILLVSTRISSIMI TVI NOMINIS admirationem, inſigniter excitatus, hanc, quam demiſſe offero, commentatiunculam, de decem

Graeco-

Graecorum oratorum ſtatuis, TIBI ſacram eſſe volo cupioque, propterea quod tenue opuſculum, quo, reipublicae litterariae innoteſcere coeperam, non ſolum adſpectu clementiſſime dignatus es, ſed litteris etiam maxima gratia, ſummoque fauore pleniſſimis, non diſplicere TIBI, meos in hoc litterarum genere conatus, ſignificas. Ingratiſſimus certe mortalium forem, niſi maxima, qua decet, animi reuerentia,

gra-

gratum animum, publica praedicatione, teſtatum obſeruantisſime facerem. Ita vero EMINENTISSIME PRINCEPS opto, vt per longam temporis ſeriem, mortalium caetibus interſis, valetudine vtaris proſperrima, et gloria, per excellentiſſimas virtutes parta, diutiſſime perfruaris.



ILLV-



ILLVSTRIVM ORATORVM AC RHETORVM, QVIBVS STATVAE HONORIS CAVSSA POSITAE FVERINT DECAS.

§. I.

Nulla vnquam ars, ſi poeticen praeclaram iſtam vitae exceperis emendatricem, apud omnes fere gentes, maiore dignitate atque ſplendore enituit, quam eloquentia. Nam veteres Graeciae Latiique auctores, id ſibi datum eſſe negotium exiſtimauerunt, vt in laudanda eloquentia, certatim quaſi ſuam collocarent operam. M. PACUUIUS, vt vnicum tantummodo, ex innumerabilibus elo-

quentiae elogiis proferam, PACUUIUS, inquam, antiquiſſimus ille Romanorum vates, eloquentiam ſatis adpoſite, *flexanimam* CICERONE [a]) teſte, *et omnium rerum* adpellauit *reginam.*

§. II.

Ita vero priſcis temporibus eloquentia, in excelſo loco poſita, et ab idoneis rerum aeſtimatoribus culta fuit. Sed hac, qua viuimus aetate, pauci reperiuntur, qui laudis gloriaeque cupidi, ſibi ad nobiliſſimam artem, omni ſtudio enitendum cenſent: pauciores omni adhibita opera oratores fiunt probabiles: paucisſimi id ingenio et cogitatione conſequi poſſunt, vt in dicendo admirabiles videantur. Quae cum ita ſint, non eſt cur miremur, quod ſapientiſſimi mortalium, ad illos ſemper ſummum honorem, et ampliſſimam deferrent dignitatem, quos, prae ceteris eloquentiae laude florere, et excellentium oratorum nomine dignos eſſe cernerent.

§. III.

a) L. II. *de Oratore* c. XLIIII.

§. III.

Si enim veterum Graecorum et Romanorum, quae noſtram viderunt aetatem, euoluimus monumenta, nullum praemium dignitatis tam amplum, nullum honoris decus tam ſplendidum, effingi potuiſſe, intelligimus, quod non ad oratores et rhetoras in dicendo praeſtantiſſimos, delatum fuerit. *Erant* eloquentiae *ſtudio*, ait CICERO b), *maxima, quae nunc quoque ſunt, expoſita praemia, vel ad gratiam, vel ad opes, vel ad dignitatem.* Eiusmodi profecto generis erant ſtipendia, inſignes et pulchri tituli, maximo quouis viro digniſſimi, adclamationes, plauſus, coronae, ſigna, ſtatuae, et ampliora praemia alia, quibus bonos in republica ciues, ad ſummam dicendi laudem, commouere et inuitare conſueuerant.

§. IIII.

Cum vero in hoc immenſo campo, nobis euagari libere non licet, omnia hic praemia, excellentibus oratoribus propoſita, ſicco, quod aiunt, tranſibimus pede, quae

b) L. I. *de Orator.* c. IIII.

quae non ad ſtatuarum honorem, quibus veteres, ſummorum in dicendo magiſtrorum, memoriam, aeternitati conſecrare ſtuduerunt, pertinere videntur. Adeant curioſi eiusmodi rerum indagatores, virorum doctiſſimorum, CLAVDII GROSAEI DE BOZE c), et IOANNIS GEORGII WALCHII lucubrationes, quibus, praemia veterum ſophiſtarum, rhetorum atque oratorum, ex omni antiquitate eruerunt, vbi certe inuenient, quibus deſiderium ſatis et abunde ſuum, explere poterunt.

§. V.

c) Conſpectus diſſertationis, *ſur les Recompenſes et les marques d' honneur, que les Grecs et les Romains accordoient à ceux qui excelloient dans les ſciences, et dans les armes*, quam dans *l'academie Royale des Inſcriptions et belles lettres*, an. 1705. d. 13. Nouembr. legit, reperitur dans les *Memoires de Trevoux* an. 1706. moi de Mars p. 490. ſqq.

d) In *diatribe de praemiis veterum Sophiſtarum, Rhetorum atque Oratorum*, Ienae 1718. in 4. Conf. LVDOVIC. CRESOLIII *Theatrum veterum Rhetorum, Oratorum et Declamatorum, quos in Graecia vocarunt Sophiſtas.* Paris 1620. in 4. et in GRONOVII *Theſauro Antiquit. graec.* Tom. X. col. I. ſqq. CAROL. PASCHALIVS *de Coronis* L. I. p. 61, L. V. p. 296. ſqq. 324. edit. Lugd. Batav. 1681. in 8. mai. EMVND. FIGRELIVS *de ſtatuis illuſtrium Romanorum*, Holm. 1656. in 8. Cap. XIII. p. 113. *Hiſtoire de l'Academie des Inſcriptions et belles lettres*, Tom. I. p. 145. ſqq. edit. Amſterd. 1719. in 12.

§. V.

Ego vero eos, mihi ipſe ſtatui limites, vt in praeſentia, decem tantummodo, ſeruato, quo quilibet floruit, temporis ordine, rhetoras atque oratores recenſeam, quibus propter inſignem eloquentiam, ſtatuarum honor decretus fuit. Vniuscuiusque, ſiquidem id fieri poterit, merita, quibus iſtum honorem conſequutus eſt, paucis enumerabo verbis, eaque omnia, probatiſſimorum auctorum teſtimoniis, confirmare atque corroborare ſtudebo.

§. VI.

Veteribus in more poſitum fuiſſe, vt oratoribus in dicendo excellentibus, ſtatuarum impertirentur honorem, non ſolum exempla teſtantur, quae in medium a me proferentur, ſed auctor etiam dialogi, *de corruptis eloquentiae cauſſis*, diſertis id prodit verbis, vbi ait: e) *minimum inter*

e) Cap. IIX. Conf. cap. XI. vbi Maternus ait: *iam me ſeiungere a forenſi labore conſtitui, nec comitatus iſtos et egreſſus, aut frequentiam ſalutationum concupiſco: non magis quam* aera et imagines, *quae etiam me*

ter tot ac tanta locum obtinent imagines, ac tituli *, *et* ſtatuae, *quae neque ipſa tamen negliguntur: iam hercule quam diuitiae et opes, quas facilius inuenies qui vituperet quam faſtidiat. His igitur et honoribus, et ornamentis, et facultatibus, refertas domos eorum videmus, qui ſe, ab ineunte adoleſcentia, cauſſis forenſibus et oratorio ſtudio dederunt.*

§. VII.

Antiquiſſimus inter Graeciae oratores, qui, CICERONE f) teſte, ſcriptis orationibus inclaruit, PERICLES g) Xanthippi et Agariſtae filius fuit, Athenienſium

nolente, in domum meam irruperunt.

* Haud ſatis adcurate germanicum dialogi interpretem, *titulos* per *Ehrennamen* transtuliſſe arbitror, rectius, vt mea quidem fert opinio, hanc vocem expreſſiſſet per *Aufſchriften.* Tituli enim ſtatuarum, erant *inſcriptiones*, quae etiam nonnunquam a Romanorum ſcriptoribus, *notae, indices, ſcripturae*, a Graecis vero ἐπιγραφαὶ nominari ſolebant. Vid. EMVND. FIGRELIVS *de ſtatuis illuſtr. Romanor.* Cap. XXVII. p. 228. ſqq. vbi eam rem, multis veterum auctorum teſtimoniis confirmat.

f) *de Oratore* L. II. 22. Conf. *Brutus* cap. VII.

g) Periclis hiſtoriam data opera expoſuit PLVTARCHVS in περικλῆ. Tom. IIII. *Oper.* edit. HENR. STEPHANI p. 277 — 315. P. BAILLE dans le *Dictionaire hiſtorique et critique* Tom. III. p. 2241 — 2253. edit. Rotterdam 1720. Conf. SVIDAS Tom. III. p. 88. edit. LVDOLPH. KVSTERI, IO. ALB. [FABRICII *Biblioth.*

ſium tyrannus, vir omni genere virtutis, et eloquentiae laude florentiſſimus. Res eius in bello, terra marique praeclare geſtas, THVCYDIDES h) praeſertim et PLVTARCHVS h) memoriae prodiderunt. Nouem Athenae oſtendebant tropaea i), tot victoriarum a Pericle reportatarum monumenta. Eam vero quam armis victricibus conſequutus eſt gloriam, pacis quoque ſtudiis mirifice auxit, atque illuſtrauit. Adeo enim eloquentiae laude apud Athenienſes enituit, vt, vel ipſius PLATONIS k), iudicio, πάντων τελεώτατος εἰς τὴν ῥητορικὴν extiterit. Quid? quod ipſe oratorum omnium diſertiſſimus, vt reliquos eloquentiae illius praecones ſileam, CICERO l) *ante Periclem nullam fuiſſe litteram* exiſtimauit, *quae quidem ornatum aliquem habeat, et oratoris eſſe videa-*

graec. L. II. c. XXVI. p. 885. not. b)

h) paſſim, conf. IO. BVRCHARD. et FRID. OTTON. MENCKENIORVM *Bibliotheca virorum militia aeque ac ſcriptis illuſtrium*, Lipſ. 1734. in 8. p. 331. ſqq.

i) PLVTARCH. l. cit. p. 314. ἐννέα τρόπαια ἦν ἃ στρατηγῶν καὶ νικῶν ἔστησεν ὑπὲρ τῆς πόλεως.

k) In *Phaedr.* p. 354. Conf. idem PLATO in *Alcibiad.* p. 31.

l) in *Bruto* cap. VII.

videatur. Inter eos igitur illum retulit m) oratores, qui *subtiles*, *acuti*, *breues*, *sententiis magis quam verbis abundantes* sint. Illum praeterea eloquentiae laude ita floruisse perhibet *) vt eius *in labris, veteres comici etiam cum illi maledicerent, leporem habitasse, tantamque in eo vim fuisse* dixerint, *vt in eorum mentibus, qui audissent, quasi aculeos quosdam relinqueret.* Et haec profecto caussa fuit, quod, vt PLVTARCHVS n) refert, *Olym-*

m) L. II. *de Orator.* c. 22.

* L. III. *de Orator.* c. 34. Conf. VALER. MAXIM. L. IIX. Cap. 9. p. 748. ed. ABR. TORRENII, CICERO in *Bruto* c. XV. vbi Comicum adpellat Eupoliden, qui, Periclem ἐν δήμοις, perstrinxerat, et *suadam in Periclis labris sessitare* dixerat. Ipsius Comici graeca verba adtulit DIODOR. SICVL. L. XII. Cap. 40. p. 505. edit. PETR. WESSELINGI, Amst. 1746. et PLINIVS L. I. Ep. XX. p. 78. edit. GOTTL. CORTII.

--- πρὸς δὲ γ' αὖ τούτῳ τάχ' ἡ
Πειθώ τις ἐπεκάθητο τοῖσι χείλεσι.
Οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων,
Τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις.

Conf. Commentator. ad h. l. adnotat. P. BAILE *Dictionaire* l. cit. p. 2242. not. D.

n) l. cit. p. 284. αἱ μέντοι κωμῳδίαι τῶν τότε διδασκάλων σπουδῇ τε πολλὰς καὶ μετὰ γέλωτος ἀφεικότων φωνὰς εἰς αὐτὸν ἐπὶ τῷ λόγῳ μάλιστα τὴν προσωνυμίαν (scil. τοῦ Ὀλυμπίου) γενέσθαι δηλοῦσι βροντᾶν μὲν αὐτὸν καὶ ἀστράπτειν ὅτε δημηγοροίη, δεινὸν δὲ κεραυνὸν ἐν γλώσσῃ φέρειν λεγόντων. ATHENAEVS illi hoc cognomen plus vice simplici tribuit, v. c. L. XIII. *Deipnosophist.* c. 6. p. 589.

Olympius diceretur, et ab ARISTOPHANE o) poeta comico, de illo praedicaretur:

Ἤστραπτεν ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα.

Quae cum ita ſint, non eſt cur miremur, quod Athenienſes, viri, tot tantisque meritis conſpicui, praeter alios honores, quibus illum ornauerant, memoriam, poſitis ſtatuis, conſeruare ſtuduerint, inprimis cum ipſe vrbem ſplendidiſſimis ac ſumtuoſiſſimis monumentis, templis, aedificiis, ſtatuis, ſignis, tropaeis, ornare, atque, vt PLVTARCHI p) verbis vtar,

 τὴν

edit. Lugdunenſ. 1657. Conf. P. BAILE l. cit.

o) In *Acharnenſ.* Act. II. Sc. V. v. 530. p. 254. edit. LVD. KVSTERI. CICERO in *Oratore* cap. VIIII. ARISTOPHANIS verba ita expreſſit: *Pericles fulgere, tonare, permiſcere Graeciam dictus eſt.* Iisdem fere verbis vtitur QVINTILIANVS L. II. Cap. XVI. *Inſtit. orator.* p. 190. ed. PETR. BVRMANNI, cum Periclem *fulgurare ac tonare* ſcribit: Conf. L. XII. cap. X. p. 1102. SVIDAS Tom. III. p. 276. de Salmoneo etiam dixit, ἤστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὰς τῶν ὑπηκόων ψυχάς. De fulmine autem et tonitru, quae, eloquentia praeſtantibus viris tribuuntur vid. P. BVRMANNI *Obſeruat.* ad PETRONII Cap. II. p. 10. edit. Traiect. ad Rhen. 1709. in 4.

p) l. cit. p. 289.

τὴν πόλιν καταχρυσοῦν καὶ καλλωπίζειν dictus fuerit. Luculenta istius rei inuenimus indicia, apud PAVSANIAM et PLVTARCHVM. Ille enim duplicis statuae mentionem fecit, quarum altera in templo Ἑκατομπέδῳ q) quod in Mineruae παρθένου honorem, ipse exstruendum curauerat Pericles r), collocata, altera vero in

q) Id Mineruae templum, quod alio nomine παρθενὼν adpellabatur, ideo ἑκατόμπεδον dictum fuit, quod ex vnoquoque latere centum pedes habebat. Disertis id prodidit verbis auctor *Etymologici magni* vbi p. 322. edit. FRID. SYLBVRGII ait: Ἑκατόμπεδον νεὼς ἐστὶ τῆς Ἀθηνᾶς, ποδῶν ἑκατὸν ἐκ πάσης πλευρᾶς. Διὰ τοῦτο γὰρ νεὼ ὀνόμασται. Conf. HARPOCRATIONIS *Lexicon* p. 142. edit. NICOL. BLANCARDI. Architecturam doricam in illo exstruendo sequebantur Callicrates et Ictinus, Architecti, quorum Pericles opera vsus fuerat, vid. IO. MEVRSII *Cecropia* cap. XIIII. in GRONOVII *Thesaur. antiquit. graec.* col. 925. sqq. FRANC. IVNII *Catalogus architectorum, mechanicorum, pictorum, aliorumque artificum*, qui adiicitur eiusd. Libr. III. *de pictura veterum* a IO. GEORG. GRAEVIO edit. p. 44. et p. 99. Huius vero templi hodie rudera superesse quaedam, nos docet Mr. l' Abbé GEDOYN dans *l'histoire de Phidias*, p. 300. dans les *Memoires de litterature de l'Academie des Inscriptions et belles lettres* Tom. XIII. de l'edit. d'Amsterd. 1741. in 12. De Mineruae virginitate, vid. praeter alios FELICIS EVELII *de Minerua sapientiae olim praeside syntagma*, Louan. 1730. in 8. Cap. VI. p. 105. sqq.

r) PLVTARCH. l. cit. p. 290. Conf. IO. MEVRSII *Lectiones atticae* L. III.

in arce Athenienſi, haud procul a ſtatua Mineruae τῆς Πολιάδος s) conſpicienda fuit. Prioris, hiſce verbis fecit mentionem t): Ἔςι δὲ ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀκροπόλει καὶ Περικλῆς ὁ Ξανθίππου, καὶ αὐτὸς Ξάνθιππος, ὃς ἐναυμάχησεν ἐπὶ Μυκάλῃ Μήδοις. Ἀλλ' ὁ μὲν Περικλέους ἀνδριὰς ἑτέρωθι ἀνάκειται. De poſteriore autem hac ratione ſcribit u): δύο δὲ ἄλλά ἐςιν ἀναθήματα, Περικλῆς ὁ Ξανθίππου, καὶ τῶν ἔργων τῶν Φειδίου θέας μάλιςα ἄξιον, Ἀθηνᾶς ἄγαλμα, ἀπὸ τῶν ἀναθέντων καλουμένης Λημνίας. Si PLVTARCHVM euoluimus, ille rem veluti ſingularem adnotauit, quod omnes Periclis ſtatuae galeatae fuerint, quoniam oblongo ac plane deformi capite fuerit natus, quare etiam poetae attici illum σχι-

Cap. XVI. ap. GRONOV. Tom. V. *Ant. graec.* col. 1849. ſqq.

s) Mineruae τῆς Πολιάδος ſimulacrum ex olea effictum caelo delapſum credebatur, et communi omnium Atticae populorum conſenſu dedicatum fuerat, quod variis veterum auctorum teſtimoniis probauit IO. MEVRSIVS in *Cecropia* Cap. XX. l. cit. col. 936. ſqq.

t) in *Atticis* p. 23. edit. WECHEL. 1583. in fol.

u) in *Atticis* p. 26.

σχινοκέφαλον adpellare consueuerint. En! ipsius PLVTARCHI [v] verba: ἄυτη, mater Periclis κατὰ τοὺς ὕπνους ἔδοξε τεκεῖν λέοντα, καὶ μεθ' ἡμέρας ὀλίγας ἔτεκε Περικλέα, τὰ μὲν ἄλλα τὴν ἰδέαν τοῦ σώματος ἄμεμπτον, προμήκη δὲ τὴν κεφαλὴν καὶ ἀσύμμετρον. Ὅθεν αἱ μὲν εἰκόνες αὐτοῦ σχεδὸν ἅπασαι κράνεσι περιέχονται, μὴ βουλομένων (ὡς ἔοικε) τῶν τεχνιτῶν ἐξονειδίζειν. οἱ δ' Ἀττικοὶ ποιηταὶ σχινοκέφαλον αὐτὸν ἐκάλουν. Silentio hic praeterire non possum, nobilissimum illud opus, tot tantisque veterum auctorum elogiis ornatum, quod Periclis iussu, ex argento et ebore effinxit, Phidias, celeberrimus Atheniensium Statuarius. Cui, quaeso, hic non statim in mentem veniat Mineruae simulacrum [w] quod in templo istius Deae ἑκατομπέδῳ, omnium in se

v) l. cit. p. 279. vbi etiam denominationis caussam adferre videtur: τὴν γὰρ σκίλλαν, ἔστιν ὅτε καὶ σχῖναν ὀνομάζουσι.

w) Est illud Mineruae simulacrum, ob quod postea Phidias et Pericles sacrilegii postulabantur. Rem pluribus verbis narrat PLVTARCHVS l. cit. p. 307. Conf. Mr. GEDOYN *l'histoire de Phidias* l. cit. p. 301. sqq. P. BAILE *Dictionaire* l. cit. p. 2252. not. R. vbi errores, quos in hac

ſe conuertit oculos. Deſcriptione iam ſuperſedeo prolixiore, cum FRANCISCVS IVNIVS x) omnia, inſigni et adcurata collegerit induſtria, quae veteres ſcriptores, de nobiliſſimo iſto opere ſcriptis ſuis prodidere. Id tantummodo hic commemorare iuuabit, quod Periclis effigies, ab artifice, mira arte, ſcuto, quod ad pedes Deae adiacebat, inſculpta fuerit. Rem hiſce verbis narrat PLVTARCHVS y): Ἡ δόξα τῶν ἔργων ἐπίεζε φθόνῳ τὸν Φειδίαν, καὶ μάλιστα ὅτι τὴν πρὸς Ἀμάζονας μάχην ἐν τῇ ἀσπίδι ποιῶν, αὐτοῦ τινὰ μορφὴν ἐνετύπωσε, πρεσβύτου φαλακροῦ, πέτρον ἐπηρμένου δι' ἀμφοτέρων τῶν χειρῶν, καὶ τοῦ Περικλέους εἰκόνα παγκάλην ἐνέθηκε, μαχομένου πρὸς Ἀμαζόνα. τὸ δὲ σχῆμα τῆς χειρὸς ἀνατεινούσης δόρυ, πρὸ τῆς ὄψεως τοῦ Περικλέους, πεποιημένον εὐμηχάνως, οἷον ἐπικρύπτειν βούλεται τὴν ὁμοιότητα παραφαινομένην ἑκατέρωθεν.

§. IIX.

hiſtoria narranda admiſerat auctor de *l'hiſtoire generale de la Grece*, Tom. II. p. 390. emendat. Vid. quoque FELICIS EVELII *Syntagma* cit. Cap. V. p. 93.

x) in *Catalogo architectorum mechanicorum* etc. p. 157. ſqq.

y) l. cit. p. 307. 308.

§. IIX.

Ita vero ſeruato temporis ordine, ſecundo loco ANDOCIDES z) Athenienſis, Leogorae filius, Olympiade LXXIIX natus, producitur. Is nonſolum bellica virtute, ſed pacis etiam ſtudiis, eloquentia praeſertim, qua innotuit, ſingulari, decus a maioribus acceptum, generisque nobilitatem mirifice amplificauit. Cum enim maximum in Graecia, inter Corcyraeos et Corinthios, exarſiſſet bellum, Athenienſes illis contra Corcyraeos, *viginti naues* miſerunt auxilio, quibus et Andocidem et Glauconem Leogri filium praefecerunt a). Facundiae illius teſtes ſunt orationes quatuor b), quae ad noſtram etiam peruenerunt aetatem. Patria

z) Andocidis vitam pluribus verbis expoſuit PLVTARCHVS ἐν τοῖς βίοις τῶν δέκα ῥητόρων Tom. III. *Oper.* p. 1533. ſqq. Conf. IO. ALB. FABRICII *Biblioth. Graec.* L. II. Cap. XXVI. p. 891. IO. BVRCHARD. et FRID. OTTON MENCKENIORVM *Bibliotheca virorum militia aeque ac ſcriptis illuſtr.* p. 39. ſqq.

a) Id memorat THVCYDIDES L. I. p. 18. edit. HENR. STEPHANI 1564.

b) Earum titulos et editiones, vid. ap. IO. ALB. FABRICIVM, l. cit.

tria eiectus, exul diem obiit. Statuam illi fuisse positam, nemo quidem veterum scriptorum adnotauit, FVLVIVS tamen VRSINVS c) Hermam capite truncatum, aere exprimendum curauit, cui hic adscriptus est titulus.

ΑΝΔΟΚΙΔΗΣ ΛΕΩΓΟΡΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

Quae apud PLVTARCHVM d) de Ἑρμῇ τοῦ Ἀνδοκίδου leguntur, quem ἀνάθημα Φυλῆς Αἰγῆϊδος adpellat, huc sane non spectant. Illud enim Mercurii simulacrum, trunco quadrato impositum, non aliam ob caussam Ἑρμῆς τοῦ Ἀνδοκίδου adpellatum fuit, quam quod PLVTARCHO e) teste, iuxta Andocidis domum collo-

c) in *illustrium imaginibus, e marmoribus, numis et gemmis expressis*, Antwerp. 1598. in 4. p. 73.

d) l. cit. p. 1535. Conf. HESYCHIVS Tom. I. col. 310. edit. IO. ALBERTI HARPOCRATIONIS *lexicon*, p. 39.

e) l. cit. Τούτου δὲ ἐπώνυμός ἐστι καὶ Ἑρμῆς ὁ Ἀνδοκίδου καλούμενος, ἀνάθημα μὲν ὢν φυλῆς Αἰγῆϊδος, ἐπικληθεὶς δὲ Ἀνδοκίδου διὰ τὸ πλησίον παροικῆσαι τὸν Ἀνδοκίδην. Conf. PLVTARCH. in *Alcibiade* Tom. IV. *Oper.* p. 367. sqq. CORNEL. NEPOS in *Alcibiade* Cap. III. AVGVSTINI VAN STAVEREN ad h. l. Obseruat. p. 186. sqq. edit.

collocatum erat. Luculentum eius rei, ipſe adtulit ANDOCIDES [f] teſtimonium. Cum enim Athenis vna nocte, omnia Mercurii ſimulacra, ab hominibus profanis et impiis, partim deiicerentur, partim, quibusdam ſuis mutilarentur partibus, et Andocidis quoque nomen, inter ſceleris ſocios, et conſortes delatum eſſet, inter cetera innocentiae ſuae teſtimonia, id etiam pronunciauit, quod vnicus Mercurius, ante paternas domus conſtitutus, intactus et integer perſtiterit. His autem verbis ille iudices compellat: Ὁ Ἑρμῆς ὃν ὁρᾶτε πάντες, ὁ παρὰ πατρώαν οἰκίαν τὴν ἡμετέραν, ὃν Αἰγηῒς ἀνέθηκεν, οὐ περιεκόπη, μόνος τῶν Ἑρμῶν τῶν Ἀθήνησιν. Apud Athenienſes vero in more poſitum fuiſſe, vt Mercurii ſimulacra, quibus, eorum quaſi referta erat vrbs, hominum potiſſimum inſigni-

Lugd. Bat. 1734. in 8. PHOTIVS Cod. CCLXI col. 1460. edit. Rothem. 1653. PLVTARCHI verba preſſo vt aiunt pede ſequitur, cum ſcribit: Τούτου δὲ ἐστιν ἐπώνυμος καὶ Ἑρμῆς, ἀνάθημα μὲν Φυλῆς Αἰγηΐδος, ἐπικληθεὶς δὲ Ἀνδοκίδου· διότι πλησίον αὐτοῦ Ἀνδοκίδης ᾤκει.

f) in orat. περὶ τῶν μυστηρίων p. 203. edit. WECHEL. 1619. in 8.

insignirentur nominibus, quorum iuxta domus g) collocatae statuae, verba inter alia CLEMENTIS ALEXANDRINI h) satis demonstrare videntur, cum τί γὰρ ἡγεῖσθε, ait, ὦ ἄνθρωποι τὸν Τύχωνα Ἑρμῆν, καὶ τὸν Ἀνδοκίδειον. Ita enim CLEMENTIS ALEXANDRINI locum, cum IOANNE MEVRSIO i) legendum esse puto. His igitur rationibus adductus,

g) De veterum Graecorum, inprimis Atheniensium, consuetudine, Mercurii simulacra ante fores priuatorum statuendi, luculenta extant testimonia apud AELIANVM L. II. *Var. hist.* Cap. 41. p. 174. edit. GRONOVII, apud Scholiasten ARISTOPHANIS σφηκ. VI. 699. apud Scholiast. IVVENALIS Sat. IIX. 49. Conf. EVERARD. OTTO *de Diis vialibus plerorumque populorum* Hal. 1714. in 8. Cap. VII. p. 107. sqq. IO. MEVRSII *Pisistratus* Cap. XII. apud GRONOV. Tom. V. *Ant. graec.* col. 1445. IOSEPH. LAVRENTII *varia sacra gentilium* Cap. IIX. ap. GRONOV. l. cit. col. 179. IACOB. SPONII *Miscellanea eruditae antiquitatis*, Lugdun. 1685. p. 9. Mercurius ideo προστατήριος, θυραῖος, Ἀγυιεὺς saepe numero dictus fuit. Vid. prae ceteris EZECH. SPANHEMII Obseruat. in CALLIMACHI *Hymn. in Dianam* v. 144. p. 233.

h) In προτρεπτ. πρὸς Ἑλλ. Sect. XXXVI. p. 28. edit. FRID. SYLBVRGII, vbi sicut in aliis editionibus l. cit. legitur. Τί γὰρ ἡγεῖσθε ὦ ἄνθρωποι, τὸν Τυφῶνα Ἑρμῆν, καὶ τὸν Ἀνδοκίδην.

i) In *Cecropia* Cap. XXVII. ap. GRONOV. Tom. IIII. col. 949.

ctus, IOANNIS FABRI k) sententiae subscribere neutiquam possum, qui isti Ἑρμῇ, Andocidis caput, impositum, ideoque Ἑρμῆν τοῦ Ἀνδοκίδου adpellatum fuisse, sibi persuadet.

§. VIIII.

Andocidi succedit GORGIAS LEONTINVS, Siculus, Isocratis, Alcidamantis, aliorumque magnorum ingeniorum praeceptor l). Tanti eius aestimabatur, apud ciues, eloquentia, vt TROILO sophista m) teste, nonsolum Athenienses τὰς ἡμέρας ἐκείνας, ἐν αἷς ἐπεδείξατο, ἑορτὰς, τοὺς δὲ λόγους αὐτοῦ λαμπάδας vocarent, sed *vniuersa* quoque *Grae-*

k) In *Commentar. in imagines illustrium, ex* FVLVII VRSINI *Bibliotheca Antwerpiae a Theodoro Gallaeo expressas*, Antwerp. 1606. in 4. p. 11.

l) Vid. de illo primo Sophistarum patre, PHILOSTRATVS ἐν τοῖς βίοις σοφιστῶν L. I. Sect. VIIII. p. 492. sqq. edit. GODOFRED. OLEARII, IO. ALB. FABRICII *Biblioth. Graec.* L. II. Cap. XXVI. p. 810. sqq. IO. GOTTFR. HAVPTMANNI *progr. de Gorgia Leontino*, Gerae 1751. in 4.

m) Illius verba ex *prolegom. rhetor. MS.* protulit GERARDVS LANGBAENIVS in Adnotat. ad DIONYS. LONGINVM περὶ ὕψους p. 17. edit. IAC. TOLLII, Traiect. ad Rhen. 1694. in 4.

Graecia, vt VALERIVS MAXIMVS n) disertis prodidit verbis, *in templo delphici Apollinis, Statuam solido ex auro, ei poneret, cum ceterorum ad id vsque tempus auratas collocasset.* Comprobat suo testimonio, VALERII MAXIMI narrationem PHILOSTRATVS, o) qui, *τὸν λόγον τὸν Πυθικὸν,* ait, *ἀπὸ τοῦ βωμοῦ* p) *ἤχησεν, ἐφ' οὗ καὶ χρυσοῦς ἀνετέθει ἐν τῷ τοῦ Πυθίου ἱερῷ.* Ex his igitur adparet PLINIVM, q) et qui illum, et nonnullos graecos scriptores, sequuntur, LVDOVICVM DEMONTIOSIVM r) et IVLIVM CAESAREM BVLENGERVM s) errasse, cum auream statuam et solidam, Gorgiam Leontinum ipsum, Delphis, in templo

 sibi

n) L. IIX. *Dictor. factor. memorabil.* Cap. XV. p. 786.

o) l. cit. p. 493.

p) Legebatur in hac ara, THVCYDIDE teste L. VI. p. 215. haec inscriptio:

Μνῆμα τόδ' ἧς ἀρχῆς Πεισίστρατος, Ἱππίου υἱός,
Θῆκεν Ἀπόλλωνος Πυθίου ἐν τεμένει.

Conf. IO. MEVRSIVS *de Athenis attic.* L. II. Cap. X. ap. GRONOV. T. IIII. col. 874.

q) L. XXXIII. *Histor. natural.* c. IV. p. 619. edit. IO. HARDVINI, Paris 1723. in fol.

r) *De Caelatura veterum* L. I. Cap. I. ap. GRONOV. T. IX. col. 787.

s) *De pictura, plastice, statuaria* L. I. Cap. XIIX. ap. GRONOV. Tom. IX. col. 841.

ſibi poſuiſſe LXX t) circiter Olympiade perhibent. Cum VALERIO MAXIMO enim et PHILOSTRATO, CICERO u) in eo conſpirat, quod vniuerſae Graeciae decreto, et publicis Graecorum impenſis, Gorgiae iſta Statua poſita fuerit, cum illi tantum honorem a Graecia habitum eſſe ſcribit, *ſoli vt ex omnibus*, *Delphis non inaurata* w) *Statua*, *ſed aurea ſtatueretur.*

Iſtam vero ſtatuam memoriae cauſſa Gorgiae poſitam, illiusque retuliſſe perſonam, et fuiſſe ἰσομέτρητον x) dicterium illud Platonis, indicare videtur, quo Gorgiam ab itinere reducem excepiſſe dicitur. Refert illud ATHENAEVS y) verbis HERMIPPI, quem ſingularem περὶ Γορ-

t) Olympiade LXXX eſſe legendum contendit IO. MEVRSIVS *de Archont. Athenienſ.* cap. II. ap. GRONOV. Tom. IV. col. 1205.

u) L. III. *de oratore* cap. 32.

w) Ἐπίχρυσον εἰκόνα vocat PAVSANIAS in *Phocic.* p. 334. Conf. PETRI VICTORII *variar. Lection.* Florent. 1553. in fol. L. V. cap. 9. p. 63.

x) PAVSANIAS l. cit. ἐπίχρυσος δὲ εἰκὼν, ἀνάθημα Γοργίου τοῦ Λεοντίνου, αὐτὸς Γοργίας ἐστὶν εἰκών. Conf. IVL. CAES. BVLENGERVS *de pictura, plaſtice, ſtatuaria* l. cit. PETR. VICTORII *Var. lect.* l. cit.

y) L. XI. *Deipnoſophiſt.* p. 505.

Γοργίου, compoſuiſſe librum ferunt, vbi ſcribit: ὡς ἐπεδήμησε ταῖς Ἀθήναις ὁ Γοργίας, μετὰ τὸ ποιήσασθαι τὴν ἀνάθεσιν τῆς ἐν Δελφοῖς ἑαυτοῦ χρυσῆς εἰκόνος· εἰπόντος τοῦ Πλάτωνος, ὅτε ἴδεν αὐτὸν ἥκει ἡμῖν ὁ καλός τε καὶ χρυσοῦς Γοργίας, ἔφη ὁ Γοργίας, ἦ καλόν γε αἱ Ἀθῆναι καὶ νέον τοῦτον Ἀρχίλοχον ἐνηνόχασιν. Hoc autem reſponſo, Gorgias, Platonis libidinem maledicendi repreſſit, ſalſeque perſtrinxit, ſcilicet vt apud HORATIVM z) legimus.

Archilochum proprio rabies armauit iambo.

Inter monumenta et ſtatuas, quae vrbem Olympiam ornabant, eminuit, etiam Gorgiae Leontini, quam PAVSANIA a) teſte dedicauerat Eumolpus Deicratis pronepos, qui Gorgiae ſororem in matrimonium duxerat. Magnam autem nominis ſibi Gorgias parauerat gloriam, cum orationem numeroſam, or-

 natam,

z) *De arte poetic.* v. 79.

a) in *Eliac.* II. p. 195 — Και τὸν λεοντῖνον Γοργίαν ἰδεῖν ἐστιν; ἀναθῆναι δὲ τὴν εἰκόνα ἐς Ὀλυμπίαν φησὶν Εὔμολπος ἀπόγονος τρίτος Δηικράτους συνοικήσαντος ἀδελφῇ τῇ Γοργίου.

natam, concinnam, in quinquennali Olympiae celebritate recitaret b), illaque id efficeret, vt Graeci ſtupeſcentes et adtoniti, Mercurium ipſum c) ſe audire opinarentur.

§. X.

Praeceptori ſocium adiungo diſcipulum ISOCRATEM d) Theodori filium, Athenienſem, Olympiade LXXXVI. natum. Eloquentiae laude florentiſſimus, in genere dicendi attico, principatum tenuit, et numeri tam ſtudioſus fuit, vt illi ſcribendi verſus aliquoties exciderent. Audacia et voce deſtitutus, nunquam in foro prodiit, ſed in otio honeſto liberalique verſatus, *inter parietes aluit*

eam

b) PAVSANIAS loc. cit. Ἐυδοκιμῆσαι δὲ Γοργίαν λόγων ἕνεκα, ἔν τε πανηγύρει τῇ Ὀλυμπικῇ φασι, καὶ ἀφικόμενον κατὰ πρεσβείαν ὁμοῦ Τισία παρ' Ἀθηναίους. Conf. ERASMI SCHMIDII *prolegom.* in PINDARI *Olympionic.* p. 9. LVD. CRESOLLII *Theatr. Rhetor.* L. I. cap. V. ap. GRONOV. X. col. 32. ſqq.

c) Vid. L. CRESOLLII *Theatr. Rhetor.* l. cit.

d) Vid. de Iſocrate, eius ſcriptis, eorumque editionibus, PLVTARCHVS ἐν τοῖς βίοις τῶν δέκα ῥητόρ. Tom. IV. *Oper.* p. 1538. ſqq. DIONYS. HALICARNASS. in *iudicio de Iſocrate* p. 116. ſqq. edit. ROBERTI STEPHANI 1547. PHOTIVS

eam gloriam, quam nemo quidem postea, CICERONIS e) *iudicio, est consequutus.* Apud veteres scriptores non vnius, sed plurium statuarum mentionem factam esse, legimus, quae Isocrati honoris caussa positae fuerunt. Timotheum Cononis filium, Isocratis discipulum, praeceptori suo, statuam aeream, Leocharis statuarii, quem tot nobilissima signa reddiderunt immortalem, opus, in Eleusine posuisse, PLVTARCHVS f) his verbis testatur: Ἀνάκειται δὲ αὐτοῦ καὶ ἐν Ἐλευσῖνι εἰκὼν χαλκῆ ἔμπροσθεν τοῦ προςώου ὑπὸ Τιμοθέου τοῦ Κόνωνος, καὶ ἐπιγέγραπται,

B 4 Τιμό-

in *Biblioth.* cod. CCLX. col. 1453. sqq. PHILOSTRATVS in *vitis Sophistar.* L. I. p. 503. sqq. SVIDAS Tom. II. p. 152. 10. ALB. FABRICIVS in *Biblioth. gr.* L. II. Cap. XXVI. p. 900. sqq. *Dissertation que l'ancien Isocrate est auteur du Discours à Demonicus,* dans *l'Histoire de l'Academie des Inscriptions et belles lettres,* Tom. VI. p. 283. edit. d'Amsterd. RENE VATRY *Recherche sur les Ouvrages d'Isocrate, que nous n'avons plus,* dans les *memoires de cette Academie,* Tom. XIX. p. 255. sqq. edit. Amsterd.

e) in *Bruto* cap. IIX.

f) l. cit. p. 1541. Conf. FRANCISC. IVNII *Catalogus architectorum, mechanicorum, pictorum* &c. p. 105. vbi haec inscriptio ita latine versa conspicitur:

Hanc statuam Isocratis,
voluit sacrare Deabus
Timotheus, conflans cultor amicitiae.

Τιμόθεος Φιλίας τε χάριν, ξενίην τε προτιμῶν
'Ισοκράτους εἰκὼ τήν δ' ἀνέθηκε θεαῖς.
Λεωχάρους ἔργον.

Eiusdem ſtatuae mentionem factam fuiſſe, inuenimus, a PHOTIO g) qui vero artificem, quem PAVSANIAS h) PLINIVS i) VITRVVIVS k) TATIANVS l) Leocharem adpellant, Cleocharem nominauit. Patris quoque ſui memoriam, aeternitati conſecrare ſtuduit, poſita ſtatua, Aphareus, filius Iſocratis adoptiuus, cuius rei memoriam PLVTARCHVS m) his

GVIL. XYLANDER ita transtulit in edit. *operum* PLVTARCHI *moral. latin.* Baſil. 1570. in fol. p. 581.

Dedicat Iſocratis ſtatuam
ſacratque Deabus
Hoſpitii et ſtudii nomine
Timotheus.

g) l. cit vbi vero ſtatuae inſcriptio paullo mutata legitur:

Τιμόθεος Φιλίας τε χάριν,
Σύνεσιν τε προτιμῶν
'Ισοκράτους εἰκὼ τήν δ'
ἀνέθηκε θεοῖ.

h) in *Attic.* p. 1. *ibid.* p. 8. in *Eliac.* I. p. 168.

i) L. XXXIV. *Hiſt. natural.* Cap. IIX. p. 649. et 656. L. XXXVI. Cap. V. p. 728. et 729.

k) in *prooem.* L. VII. p. 125. edit. IO. *de* LAET, Amſtelod. 1649. in fol. Idem ſine dubio eſt quem L. II. Cap. IIX. p. 29. ſqq. Telocharem adpellat.

l) in *orat. aduerſ. Graecos.*

m) l. cit. p. 1542. GVIL. XYLANDER l. cit. p. 582. ſtatuae inſcriptionem hac ratione e graeco conuertit:

his verbis ad posteros transmisit. Ἔπειτα Πλαθάνην τὴν Ἱππίου τοῦ ῥήτορος γυναῖκα ἠγάγετο, τρεῖς παῖδας ἔχουσαν, ὧν τὸν Ἀφαρέα, ὡς προείρηται, ἐποιήσατο, ὃς καὶ εἰκόνα αὐτοῦ χαλκῆν ἀνέθηκε πρὸς τῷ Ὀλυμπίῳ, ὡς ἐπὶ κίονος, καὶ ἐπέγραψεν,

Ἰσοκράτους Ἀφαρεὺς πατρὸς εἰκόνα τήνδ᾽ ἀνέθηκε
Ζηνὶ, θεούς τε σέβων καὶ γονέων ἀρετήν.

Ad eandem, sine dubio respexit Statuam, iuxta olympii Iouis templum, et quidem illud vetus, quod a Deucalione n) exstructum perhibent Graecorum scriptores, Isocrati dedicatam, PHILOSTRATVS o). Quae enim illius in nonnullis libris leguntur verba; Οὐ γὰρ ἂν οὐδὲ τῆς

Isocratis Aphareus patris hoc posuit simulacrum, Diuos, atque Iouem, venerans, meritosque parentes. Conf. PHOTIVS l. cit. vbi vero Apharei matrem adpellat Lagiscam, Isocratis ἑταίραν. Vid. quoque IO. MEVRSII *Athenae attic.* L. I. Cap. X. apud GRONOV. l. cit. col. 854.

n) PAVSANIAS in *attic.* p. 16. Τοῦ δὲ Ὀλυμπίου Διὸς, Δευκαλίωνα οἰκοδομῆσαι λέγουσι τὸ ἀρχαῖον ἱερόν. Conf. IO. MEVRSII *Athenae attic.* L. I. Cap. X. col. 849. sqq.

o) l. cit. p. 506.

ἐν Ὀλυμπίᾳ εἰκόνος ἔτυχεν, εἴ τι τῶν εὐτελῶν εἰργάζετο, doctiſſimus PHILOSTRATORVM editor GODOFREDVS OLEARIVS, ſapientiſſimo, vt mea quidem fert ſententia, conſilio, emendauit, et verbis ἐν Ὀλυμπίᾳ, ἐν Ὀλυμπίῳ ſubſtituit. Quodſi enim Iſocrates, ob πανηγυρικὸν λόγον, quem, teſte PHILOSTRATO p) in ludis olympicis pronunciauit, illum honorem conſequutus eſt, vt in Olympia vrbe, Statua illi fuerit poſita, quod quidem quiſpiam, hac lectione adductus, perſuadere ſibi queat, nullum eſt dubium, vt

CL.

p) l. cit. p. 505. ὁ πανηγυρικὸς τε αὐτῷ λόγος, ὃν διῆλθεν Ὀλυμπιάσιν, τὴν Ἑλλάδα πείθων, ἐπὶ τὴν Ἀσίαν στρατεύειν, παυσαμένους τῶν οἴκοι ἐγκλημάτων. Haec oratio hodie adhuc legitur. In editione *Operum Iſocratis*, HIER. WOLFII, Baſil. 1570. in fol. inuenitur col. 59. ſqq. Huic vero *ſuaſioni* vt CICERO eam vocat in *Oratore* c. XI. decem, vel vt alii volunt quindecim annos impendiſſe dicitur. Vid. PLVTARCHVS l. cit. p. 1540. Τὸν δὲ πανηγυρικὸν ἔτεσι δέκα συνέθηκεν, οἱ δὲ, δέκα πέντε λέγουσιν, ὃν μετενηνοχέναι ἐκ τοῦ Γοργίου τοῦ Λεοντίνου καὶ Λυσίου. Conf. DIONYS. HALICARNASS. περὶ συνθέσ. Ὀνομ. p. 42. A plagii ſuſpicione Iſocratem liberare ſtuduit PHOTIVS l. cit. col. 1457. Impugnauit illam orationem, qua, omnium fere iudicio, nihil elegantius elaboratiusque fingi poteſt, teſte DIOGENE LAERTIO L. V. Segm. 35. p. 288. edit. MARC. MEIBOMII, Ariſtoteles Rhetor Siculus. Cf.

CL. OLEARIVS q) recte monuit, quin PLVTARCHVS et alii ſcriptores, rem, Iſocrati adeo honorificam, litteris conſignauerint, maxime cum id ſibi datum negotium eſſe exiſtimarunt, vt diligenter adnotarent, quibus monumentis, quibusue auctoribus Iſocratis nomen ad poſteros propagatum fuerit. Non aliam ſtatuam eſſe cenſeo, cuius PAVSANIAS r) meminit, cum ſcribit: κεῖται δὲ ἐπὶ κίονος Ἰσοκράτους ἀνδριάς. Silentio hic praetereo ſtatuam, quae Iſocratem adhuc puerum, cum *equo ſingulari certantem* s) retulit, et in

AEGID. MENAGII, *Obſeruat.* ad h. l. p. 199. 10. ALB. FABRICII *Biblioth. graec.* l. cit. p. 904.

q) in *Obſeruat.* 7. ad cit. PHILOSTR. l. p. 506.

r) in Attic. p. 16.

s) PLVTARCH. l. cit. p. 1542. Λέγεται δὲ καὶ κερητίσαι, || ἔτι παῖς ὤν. ἀνάκειται γὰρ ἐν ἀκροπόλει χαλκοῦς ἐν τῇ σφαιρίστρᾳ τῶν Ἀῤῥηφόρων κερητίζων ἔτι παῖς ὤν, ἧπερ τινες. Haec PLVTARCHI verba ROBERTVS BRITANNVS Tom. IV. *Oper. latinor.* PLVTARCHI edit. H. STEPHANI p. 165. ita transtulit: *Fertur quoque adhuc puer examinator fuiſſe: eſtque eius in ſphaeriſtra ſacerdotum poſita ſtatua, ex qua intelligi poteſt, hunc puerum adhuc examinatorem fuiſſe, vt nonnulli adfirmare non dubitarunt.* 10. MEVRSIVS in *Cecropia* Cap. XXIX. ap. GRONOV. IV. col. 950. pro κερητίζων legit κελητίζειν et expreſſit: *equo ſingulari certare.* Eandem lectionem ſequi videtur CVL.

in arce Athenienſi, ἐν τῇ σφαιρίστρᾳ virginum Ἀῤῥηφόρων t) PLVTARCHO u) teſte, olim conſpicua fuit. Nonſolum autem viuo Iſocrati tam felici eſſe licuit, vt in eius honorem ſtatuas ponerent Graeci, ſed eo etiam mortuo, in ſepulcro exſtruxere monumentum, vt poſteris etiam innoteſceret, quid tanti viri morte Graecia amiſerit. Praeter pictas enim tabulas, quas paullo adcuratius deſcribit PLV-

XYLANDER cum verba PLVTARCHI adducta l. cit. p. 582. hac ratione exponit: *Fertur etiamnum puer equo celete certauiſſe, ac tali ſtatura celete equo vehens aereus in ſpaeriſterio arcis quod Arrephororum dicitur dedicatus fuiſſe.* Conf. HESYCH. p. 517. edit. CORNEL. SCHREVEL. vbi κελεθίζειν, ſeu, quod idem eſt, κελητίζειν, τοῖς ἵπποις ἐπιβαίνειν et ἱππεύειν.

t) De Ἀῤῥηφορίᾳ ſeu Ἐρσηφορίᾳ, feſto Mineruae, vel ſi mauis Erſae, Cecropis filiae, ſacro, et virginibus Ἀῤῥηφόροις, vid. SVIDAS Tom. I. p. 319. HESYCHIVS Tom. I. col. 551. HARPOCRATION p. 74. HENR. STEPHANVS in *indice, in Theſaur. gr. lingu.* col. 537. IO. MEVRSIVS in *Lection. attic.* L. II. Cap. XIX. ap. GRONOV. Tom. V. col. 1875. in *Graecia feriata,* p. 49. ſqq. edit. Lugd. Bat. 1619. in 4. et ap. GRONOV. Tom. VII. col. 734. IO. TASOLDVS *de feſtis Graecorum,* ap. GRONOV. T. VII. col. 548. ſqq. PETR. CASTELLANVS *de feſtis Graecorum* ap. GRONOV. l. cit. col. 621. ſqq. IO. IONSTON *de feſtis Graecor.* ap. GRONOV. l. cit. col. 890.

u) l. cit. p. 1542.

TARCHVS v) columma in ſepulcro eius eminuit, triginta cubitorum altitudine, cui ſeptem cubitorum Siren impoſita fuit. Audiamus ea de re, PLVTARCHVM hac ratione diſſerentem: Ἀυτῷ δὲ Ἰσοκράτει ἐπὶ τοῦ μνήματος ἐπῆν κριὸς τριάκοντα πηχῶν, ἐφ' ὃυ σειρὴν πηχῶν ἑπ]ὰ συμβολικῶς, ὃς νῦν ἐν σώζεται. Quod enim poetae de Sirenum cantu ſuauiſſimo finxerunt, id ſine dubio impoſita Sirene, συμβολικῶς w) vt PLVTAR-

v) l. cit. p. 1540.

w) Haec ſane cauſſa fuit, vt etiam Sophoclis ſepulcro Siren imponeretur, Φασὶ δὲ ὅτι καὶ τῷ μνήματι ἀυτοῦ σειρῆνα ἐπέστησαν inquit antiquus *vitae Sophoclis* AVCTOR. Quid ? quod praeſtantiſſimos poetas & oratores, Sirenes adpellare ſolebant veteres Graeci, et ad eorum imitationem quoque Latini. Ariſto Chius, eandem ob cauſſam Σειρὴν cognominatus fuit. Vid. DIOG. LAERT. L. VII. Segm. 160. p. 467. et AEGID. MENAGII ad h. l. *Obſeruat.* p. 330. Sophoclem adpellatum fuiſſe Sirena legimus, ap. PAVSANIAM in *attic.* p. 19. et Valerium Catonem dictum fuiſſe latinam Sirena veteris poetae teſtantur verſiculi:

Cato grammaticus Latina Siren
Qui ſolus legit, ac facit poetas.

ap. SVETON. *de illuſtr. grammat.* c. II. p. 1075. ed. SAM. PITISCI. Huc quoque ſpectat PETRONII effatum, qui, Cap. CXXVII. p. 608. de puella ſcribit: *haec ipſa quum diceret, tanta gratia conciliabat vocem loquentis, tam dulcis ſonus pertentabat aera, vt putares inter auras canere Sirenum concordiam.* Conf. P. BVRMANNI ad h. l. *adnotat.* vbi plura e veteribus

TARCHVS ait, Graeci ad Isocratem transferre, et sub hoc monumento, ossa viri, oris eloquio suauissimo celeberrimi, cubare, posteros docere voluerunt. Comprobat suo id suffragio PHILOSTRATVS x), qui, Ἡ δὲ Σειρὴν, ait, ἡ ἐφεστηκυῖα τῷ Ἰσοκράτους τοῦ σοφιστοῦ σώματι, ἐφέστηκε δὲ οἷον ᾄδουσα, πειθὼ κατηγορεῖ τοῦ ἀνδρος, ἣν συνεβάλετο ῥητορικοῖς νόμοις καὶ ἤθεσι. Quae cum ita sint caussam inuenio nullam, quae ROBERTVM BRITANNVM impulerit, vt PLVTARCHI locum, hac ratione, latina donauerit ciuitate y) *ipsius vero Isocratis erat in monumento, aries cubitorum sex, super quem erat* apum domuncula, *cubitis alta septem, coniecturaliter atque aenigmatice addita, quae ipsa quoque periit.* Minime quidem me fugit, quod σείρη apud HESYCHIVM z) ἡ μέλιττα, ἢ μελίττης οἶκος, et σειρὴν apud SVIDAM a) et PLINIVM b)

ζῶον

scriptoribus, inprimis graecis loca adducuntur.

x) l. cit. p. 503.

y) Tom. IV. *Oper. latinor.* PLVTARCHI p. 163.

z) p. 831.

a) Tom. III. p. 304.

b) L. XI. *Hist. natural.* Cap. XVI. p. 599. *Cetera turba cum formam capere*

ζῶον ſit *κηροποιὸν μελίσσῃ παραπλήσιον* animal apibus ſimile, quodue apis apud Graecos eloquentiae fuerit ſymbolum c) e PHILOSTRATI tamen verbis, omnino adparet, neque apem, neque alueare, ſeu apum domunculam, ſed Sirena, cantantis ſpeciem prae ſe ferentem, monumento fuiſſe impoſitam. Iſtius praeterea Sirenis, mentionem fuiſſe factam, a CHORICIO d) adfirmat IOANNES ALBERT. FABRICIVS e). Quod ad Iſocratis caput adtinet, quod ACHILLES STATIVS f) PHI-

coepit, nymphae vocantur, vt fuci, ſirenes, aut cephenes.

c) Sic enim HOMERVS L. I. *Iliad.* v. 247. ſqq. p. 19. edit. CORNEL. SCHREVELII Neſtoris eloquentiam his verbis praedicat:

Νέστωρ
Ἡδυεπὴς ἀνόρουσε λιγὺς Πυλίων ἀγορητής,
Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Quae verba CICERO *de ſenectute* cap. XXXI. ita expreſſit: *ex Neſtoris lingua, melle dulcior fluebat oratio.* Idem *Xenophontis ſermonem* eſſe *melle dulciorem* pronunciat in *Oratore* cap. XXXII. Neque aliam ob cauſſam Pindarum et Hieronem Syracuſanum, pueros, ab apibus melle nutritos fuiſſe, AELIAN. L. XII. *Var. hiſt.* Cap. XLV. p. 802. IVSTINVS L. XXIII. Cap. IV. in Platonis vero ore apes fauum effeciſſe AELIAN. l. c. finxerunt.

d) in inedita *laudatione Procopii Gazaei.*

e) l. cit. p. 902.

f) in *Iconibus ſapientum graecorum, vt exſtant in vr-*

PHILIPPVS GALAEVS g) IOAN. PETRVS BELLORIVS h) et IACOBVS GRONOVIVS i) aere exprimendum curarunt, et posterior, apud magnum Etruriae ducem, in marmore adseruari ait, nihil certi hic pronunciare sustineo, quia iam FVLVIVS VRSINVS k) monuit, hunc Isocratem esse inter eos quorum aliena capita, non suis pectoribus imposita fuerint, Hermamque cum litteris, nomen eius seruantibus Romae inueniri, et ab illo ibidem fuisse conspectum prodidit.

§. XI.

Ex Isocratis schola processit LYCVRGVS l) Atheniensis, Lycophronis

be expressi vultus, Rom. 1569. in fol.

g) in *Effigiebus XLIV. viror. doctorum de disciplinis bene merentium*, Antwerp. 1672. in fol.

h) in *Veterum philosophor. poetar. et rhetor. imaginibus*, Rom. 1685. in fol.

i) in *Thesaur. Antiquit. graec.* T. II.

k) in *illustrium imaginibus, e marmoribus, numis et gemmis expressis* num. 76. Conf. IO. FABRI *Commentar.* ad h. l. p. 47.

l) Vid. de Lycurgo PLVTARCHVS ἐν τοῖς βίοις τ. δ. ῥ. Tom. IV. *Oper.* p. 1545. sqq. PHOTIVS in *Bibliotheca* Cod. CCLXIIX. col. 1483. qui PLVTARCHVM presso vt aiunt pede sequitur. SVIDAS Tom. II. p. 472. E recentioribus, conf. merentur IO. MEVRSIVS in

nis filius, e nobilissima Atticorum familia τῶν ἐτεοβουταδῶν m) Olympiade circiter XCIII. oriundus. Variis in republica atheniensi muneribus admotus publicis, domi forisque inclarescere coepit

Lection. attic. L. III. cap. III. ap. GRONOV. V. 1836. sqq. in *Bibliotheca attica* L. III. ap. GRONOV. X. 1528. sqq. P. BAILE dans le *Dictionaire historique et critique* Tom. II, p. 1712. IO. ALB. FABRICIVS in *Bibliothec. graec.* L. II. Cap. XXVI. p. 915. sqq. Omnium vero optime eius dederunt historiam IO. TAYLOR Anglus in *praefatione* quam editioni *orationis contra Leocratem*, Cantabr. 1748. in 8. praefixit, et IO. GOTTFR. HAVPTMANNVS in *elogio Lycurgi*, quod editioni suae praemisit, Lipf. 1751. in 8.

m) Βουτάδαι familiam constituebant nobilissimam Athenis, quae ab heroe Bute originem ac genus ducebat. Cum vero nonnulli paullo gloriosiores se quoque Βουτάδας iactabant, veri Βουτάδαι, id aegre ferentes, ad eorum discrimen se ἐτεοβουτάδας nominabant. Vid. praeter HESYCHIVM, HARPOCRATIONEM et SVIDAM, NICEPHORVS GREGORAS in SYNESIVM *de insomniis*, qui Ἐτεοβουτάδαι, ait, γένος τι ἀρχαῖον ἐπίσημον ἐν Ἀθήναις, καὶ περιφανές, ἀφ' οὗ αὐτῆς Ἀθηνᾶς ἐξελέγοντο ἱέρειαι. ἐτυμολογεῖται δὲ ἀπὸ τοῦ ἐτεόν, τὸ ἀληθές, τοῦτ' ἔστιν οἱ ἀληθῶς ἐκ τῆς τοῦ Βούτου γενεᾶς καταγόμενοι. Conf. IO. MEVRSIVS *de populis Attic.* ap. GRONOV. IIII. 701. sqq. CAROL. SIGONIVS *de republ. atheniens.* L. I. cap. IIII. ap. GRONOV. V. 1519. PETR. CASTELLANVS *de festis Graecor.* ap. GRONOV. VII. 695. I. G. HAVPTMANNI *Elogium Lycurgi* Comment. I. §. II. p. 2.

pit n). Cum de libertate reipublicae athenienſis ageretur, aduerſus Philippum cum Demoſthene vires ſuas conſociauit, eoque comite, legationem ad Peloponneſios ſuſcepit o). Cum hominibus maleferiatis, flagitiorum et ſcelerum auctoribus, grauiſſimas exercuit inimicitias, tantoque eos proſequutus eſt odio, vt, eo rempublicam adminiſtrante, vrbe exire cogerentur. Nonnullos hanc ob cauſſam Sophiſtas, permotos fuiſſe, ait PLVTARCHVS p) vt dicerent: *Λυκοῦργον οὐ μέλανι ἀλλὰ θανάτῳ χρίοντα τὸν κάλαμον κατὰ τῶν πονηρῶν, οὕτω συγγράφειν.* Inſignem praeterea animi moderationem, ac aequitatem, omnibus in rebus eum oſten-

n) PHOTIVS loc. cit. Ἐπολιτεύσατο δὲ καὶ λέγων καὶ πράττων ἐπιφανῶς. καὶ τὰ τῆς πόλεως χρήματα διοικεῖν καταπιστευθείς. κ. τ. λ. Conf. PLVTARCH. l. cit. p. 1546.

o) PLVTARCHVS et PHOTIVS ll. citt.

p) l. cit. PHOTIVS l. cit. Ob inſignem eius ſeueritatem Ibis cognominatus fuit, quod ſcilicet vt Ibis angues, ſic ipſe noxios ciues et peregrinos expelleret. Huc certe reſpexit illud ARISTOPHANIS dictum in *auibus* v. 1296. p. 424. ἦν τοὔνομα Ἶβις Λυκούργῳ. Conf. PLVTARCH. l. cit. p. 1550. HENRIC. VALESIVS ad verba AMMIANI MAR-

oſtendiſſe refert PLVTARCHVS q) vt *ἐν τοῖς δικαστηρίοις τὸ Φῆσαι Λυκοῦργον, ἐδόκει βοήθημα* fuerit *τῷ συναγορευομένῳ.* Quantum eloquentia valuerit, quindecim eius orationes teſtabantur, ſimplici, ſplendido, ac graui dicendi genere conſcriptae, quae, PLVTARCHI tempore r) ſub eius circumferebantur nomine, quarum vero nulla, ſi illam *contra Leocratem* exceperis, ad nos peruenit. CICERO s) illum in eam oratorum retulit aetatem, in qua *naturalis* ineſſet, *non fucatus nitor.* DIONYSIVS vero HALICARNASSEVS t) *Ὁ δὲ Λυκοῦργος,* ait, *ἐστι διαπαντὸς αὐξητικὸς, καὶ διηρημένος, καὶ σεμνὸς*

CELLINI XXII. 9. *indicibus Caſſiis triſtior et Lycurgis* p. 321. edit. Paris. 1681. in fol. P. BAILE l. c. not. 8.

q) l. cit. p. 1547. PHOTIVS l. c. 1485.

r) Vid. PLVTARCH. l. cit. 1549. PHOTII verba Λυκούργου δὲ, οὐδενὸς τῶν ἄλλων ὅσα γε τελεῖν εἰς ῥήτορας καὶ δημαγωγοὺς, τὸ ἔλαττον Φερομένου, οὔπω παρέχειν ἡμῖν ὁ χρόνος λόγους ἀναγνῶναι Φέρεσθαι δὲ αὐτοῦ ἐξ ἱστορίας πεντεκαίδεκα μεμαθήκαμεν, illas orationes iam eo tempore interiiſſe teſtantur. Cf. SVIDAS l. cit. Tituli earum adducuntur a IOAN. MEVRSIO in *Lection. attic.* et in *Bibliothec. attic.* ll. citt. a IO. ALB. FABRICIO l. cit. a IO. GOTTFR. HAVPTMANNO loc. cit. Commentat. II. *de Lycurgi ſcriptis, atque illarum editionibus,* p. 12—18.

s) in *Bruto* cap. VIIII.

t) *de veterum ſcriptor. cenſura* Cap. V. n. 3. p. 71. edit. FR. SYLBVRGII Lipſ. 1691.

καὶ ὅλος κατηγορικὸς, καὶ Φιλαλήθης, παῤῥησιαςικός· οὐ μὴν ἀςεῖος, οὐδὲ ἡδὺς, ἀλλ' ἀναγκαῖος· τούτου χρὴ ζηλοῦν μάλιςα τὰς δεινώσεις. Quae autem DIONIS CHRYSOSTOMI de illius dicendi genere fuerit ſententia, haec illius u) verba docere poterunt: ἀλλὰ καὶ Λυκούργῳ συμβουλεύσαιμ' ἂν ἐντυγχάνειν σε ἐλεφροτέρῳ τούτων ὄντι, καὶ ἐμφαίνοντι ἐν τοῖς λόγοις ἁπλότητα τοῦ τρόπου. Cum itaque varia Lycurgi in rempublicam extarent merita v) variis etiam illum populus athenienſis ornandum duxit honoribus. Etenim nonſolum auctoritate Anaxicratis victum in Prytaneo obtinuit w) ſed corona x) quoque ſaepe donatus a populo, ſtatuisque honoratus fuit. Eminuit inter poſteriores illa, quam ex aere conflatam, publico decreto, in Ceramico, eius in honorem, poſitam

u) *Oration.* XIIX.

v) Recenſet illa PLVTARCHVS et PHOTIVS ll. citt. paſſim. In compendio quaſi exhibentur in plebiſcito, quod poſt illius obitum, auctoritate publica pronunciauit Stratocles, Euthydemi filius, extat ap. PLVTARCH. l. cit. p. 1565. ſqq.

w) PLVTARCH. l. cit. p. 1549.

x) PLVTARCH. l. cit.

tam refert PLVTARCHVS y) Ἐστεφανώθη δὲ ὑπὸ τοῦ δήμου πολλάκις, καὶ εἰκόνων ἔτυχεν. ἀνάκειται δὲ αὐτοῦ χαλκῆ εἰκὼν ἐν κεραμικῷ κατὰ ψήφισμα, ἐπὶ Ἀναξικράτους ἄρχοντος. Eadem ſine dubio ſtatua eſt, de qua PAVSANIAS z) ſcribit: ἐνταῦθα Λυκοῦργός τε κεῖται χαλκοῦς ὁ Λυκόφρονος. Meminit praeterea PLVTARCHVS ſtatuarum e ligno, quae in honorem Lycurgi, et eius filiorum Abronis, Lycurgi, et Lycophronis, quos cum Calliſtone, Abronis filia, progenuerat a) poſitae, et a Timarcho et Cephiſodoto, Praxitelis filiis exſculptae dicuntur. Ita ſane PLVTARCHVS b) εἰκόνες ξύλιναι τοῦ τε Λυκούργου, καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, Ἄβρωνος, Λυκούργου, Λυκόφρονος, ἃς εἰργάσαντο Τίμαρχος καὶ Κηφισόδοτος οἱ Πραξιτέλους υἱεῖς. Cum moreretur Lycurgus publico ſepulcro *) fuit ornatus, in via, quae ad academiam ducebat c). Ante palaeſtram vero, quam

 ipſe

y) l. cit.
z) in *attic.* p. 7.
a) vid. PLVTARCH. l. cit. p. 1549.
b) l. cit. p. 1550.
*) PLVTARCH. l. cit. p. 1548.
c) PAVSANIAS in *attic.*

ipſe exſtruxerat Lycurgus, teſte PLVTARCHO d), columna a filio Abrone collocata cernebatur, cui, omnia, quae geſſerat, facinora, inſcripta erant.

§. XII.

Tam celebre, inter Athenienſium duces, IPHICRATIS Timotheo e) patre, ſutore f) prognati, fuit nomen, vt etiam cum adoleſcens eſſet, *illius*, IVSTINO g) teſte, *ſupra aetatem virtus admirabilis fuerit, nec vnquam ante eum Athenienſes, inter tot tantosque duces, aut ſpei maioris, aut indolis maturioris imperatorem habuerint.* Cum hoc IVSTINI elogio, maxime conſpirant,

p. 29. Conf. I. G. HAVPTMANNI Commentat. I. §. VI. p. 8.

d) l. cit. p. 1550. πάντων δὲ ὧν διῴκησεν ἀναγραφὴν ποιησάμενος, ἀνέθηκεν ἐν στήλῃ πρὸ τῆς ὑπ' αὐτοῦ κατασκευασθείσης παλαίστρας, σκοπεῖν τοῖς βουλομένοις.

e) Hoc nomine Iphicratis patrem inſigniuit PAVSANIAS in *Boeotic.* p. 293. ſunt tamen inter viros doctos, qui hunc PAVSANIAE locum corruptum, et aliquid excidiſſe exiſtimant, quo collegam vel ſucceſſorem Timothei fuiſſe Iphicratem ſignificauerit PAVSANIAS. vid. IO. ANDR. BOSII *Adnotat.* in CORNEL. NEPOTIS *Iphicratem* p. 292. edit. AVGVSTIN. VAN STAVEREN.

f) vid. SVIDAS Tom. II. p. 160. Ἰφικράτης σκυτέως πατρὸς, Ἀθηναῖος.

g) L. VI. Cap. 5.

rant, quae apud CORNELIVM NEPOTEM h), vel, si, mauis AEMILIVM PROBVM, de insigni eius experientia et bellica virtute relata leguntur, qua tantum valuit, vt *nusquam culpa sua, male rem gesserit, semper consilio vicerit.* Minime vero in sago tantum, sed in toga etiam celebris factus est, pacisque artes cum Martis studiis praeclare coniunxit i). Silentio hic praetereo, cum ad rem non faciant, quae AELIANVS k) et PLVTARCHVS l) de libris eius referunt τακτικοῖς. Id tantummodo hic memorasse iuuabit, quod inter rhetoras, quorum Graecia insignem tulit prouentum, locum obtinuerit. Ita enim illum SVIDAS m) expressis verbis ῥήτορα καὶ στρατηγὸν, et DIO-

h) in *Iphicrate* passim, inprimis cap. statim I.

i) Vid. I. B. et F. O. MENCKENIORVM *Biblioth. vir. militia aeque ac scriptis illustr.* p. 251. DIODOR. SICVL. L. XV. passim.

k) in *Tactic.* Cap. I. p. 11. edit. Lugd. Batau. 1613. in 4. Conf. SIXTI ACERII ad h. l. *Obseruat.* p. 99. 10. MEVRSII *Biblioth. attic.* L. III. ap. GRONOV. Tom. X. col. 1522.

l) in *Pelopida* Tom. IIII. *Oper.* p. 507.

m) l. cit.

NYSIVS HALICARNASSEVS n) τὰ πολέμια δεινὸν τὸν ἄνδρα, καὶ ἐν λόγοις οὐκ εὐκαταφρόνητον adpellat. Idem praeterea DIONYSIVS HALICARNASSEVS o) duas illius memorat orationes, quae ab aliis Lyſiae p) tribui ſolent, qui Iphicratem ſcripta etiam defendit apologia q), cum a Charete et Ariſtophonte r) εἰσαγγελίας s) incuſaretur. Alteram περὶ τῆς

n) in *Lyſia* p. 105. ed. ROBERT. STEPHANI.

o) l. cit.

p) Lyſiae inprimis tribuuntur a PLVTARCHO ἐν τοῖς βίοις τ. δ. ῥ. T. III, *Oper.* 1537. e quo loco dilucide adparet, orationes a Lyſia conſcriptas ab Iphicrate vero pronunciatas fuiſſe. Conf. I. MEVRSII *Biblioth. attic.* l. cit. col. 1536. 1541. IO. ALB. FABRICII *Biblioth. gr.* L. II, Cap. XXVI. p. 894. 897. 898.

q) Vid. DIONYS. HALICARNASS. et PLVTARCHVS ll. citt. MEVRSIVS l. cit. col. 1542. FABRICIVS l. cit. p. 898. DIONYSIVS in illa λυσιακὴν χάριν deſiderat, ex quibus verbis rurſus adparet, illam eius aetate ſuperfuiſſe.

r) Conf. P. BVRMANNI *Obſeruat.* ad QVINTIL. L. V. c. XII. ad verba: *quod igitur inquit* etc. p. 452.

s) Quae fuerit apud Graecos εἰσαγγελίας δίκη EX HARPOCRATIONE, POLLVCE, DEMOSTHENE docet SAMVEL. PETITVS in *Commentar. in leges attic.* L. VII, Tit. XIII. p. 651. ſqq. in Tom. III. *Iurisprud. Roman. et attic.* Lugd. Batau. 1741. in fol. Conf. CLAVD. SALMASIVS *de vſurar. modo* Cap. XIIII, p. 589. Lugd. Bat. 1639. in 8. Eiusd. *Obſeruationes in ius attic. et roman.* Lugd. Bat. 1645.

τῆς εἰκόνος IOANNES MEVRSIVS t) eandem esse censet, quam ARISTOTELES u) et PLVTARCHVS v) πρὸς Ἁρμόδιον, pronunciatam fuisse scribunt. Altera περὶ τῆς προδοσίας inscripta fuisse dicitur. Vtramque vero rectius Iphicrati, quam Lysiae tribui debere DIONYSIVS w) hisce innuit verbis: ὅτι μὲν οὖν εἰσι λόγοι τοῦ ῥήτορος περί τε τῆς εἰκόνος καὶ τῆς προδοσίας, οὐκ ἔχω βεβαίως εἰπεῖν. ὅτι δ', ἑνὸς ἀμφότεροι, πολλοῖς τεκμηρίοις ἔχοιμ' ἂν εἰπεῖν. ἡ γὰρ αὐτὴ προαίρεσίς τε καὶ δύναμις ἐν ἀμφοτέροις ὑπὲρ ὧν οὐ καιρὸς ἐν τῷ παρόντι σκοπεῖν, εἰκάζω δὲ Ἰφικράτους εἶναι αὐτούς. καὶ γὰρ τὰ πολέμια δεινὸς ὁ ἀνὴρ, καὶ ἐν λόγοις οὐκ εὐκαταφρόνητος. Quae cum ita sint, non est,

C 5 cur

in 8. Cap. X. p. 292. et quae illi obiecit DESIDERIVS HERALDVS in *Obseruat. et Emendat.* cap. XLVIIII. et in *quaestionib. quotidianis et obseruation. ad ius attic. et rom. aduersus Claud. Salmasium* Paris. 1650. in fol. L. III. 7. sqq.

t) l. cit. col. 1521.

u) L. II. *Rhetoric.* cap. XXIII. p. 103. edit. WECHEL. 1584. in 4. Conf. PETRI VICTORII ad h. l. *Commentar.* col. 544. sqq. edit. Basil. 1549. in fol. M. ANTON. MAIORAGII *Commentar.* ad h. l. fol. 184. b. edit. quam FABIVS PAVLINVS Vtinensis Venet. 1591. in fol. in lucem emisit.

v) l. cit.

w) l. cit. De Iphicratis

cur miremur, quod Athenienſes, viri tot tantisque meritis ſpectatiſſimi memoriam, poſita ſtatua, ad poſteros propagare ſtuduerint, etſi Harmodius omnem moueret lapidem, vt efficeret, ne iſte Iphicrati decerneretur honor, illique inter alia generis obiiceret x) obſcuritatem. Iphicratem enim pronunciata, quam ſupra memoraui, oratione περὶ τῆς εἰκόνος πρὸς Ἁρμόδιον, aduerſarii ſui repreſſiſſe feliciſſime impetum, ex eo colligo, quod PAVSANIAS y) illi in arce Athenienſi, poſitam fuiſſe ſtatuam, his verbis prodidit: ἐνταῦθα εἰκόνα ἰδὼν οἶδα Ἀδριανοῦ βασιλέως μόνου, καὶ κατὰ τὴν εἴσοδον Ἰφικράτους ἀποδειξαμένου πολλά τε καὶ θαυμαστὰ ἔργα.

§. XIII.

eloquentia plura e DIONYSIO atque ARISTIDE περὶ τοῦ παραφθέγματος congeſſit M. ANTON. MVRETVS *Var. Lection.* L. VII. 32.

x) id ſatis ex cit. ARISTOTELIS loco patet. Conf. PETRI VICTORII *Commentar.* ad L. I. ARISTOTEL. *Rhetor.* c. VII. col. 161.

y) in *Attic.* p. 22. Conf. IO. MEVRSII *Cecropia* Cap. XVI. ap. GRONOV. IIII. 931.

§. XIII.

Eodem fere tempore floruit, DEMOSTHENES z) Paeanienfis atticus, omnium quos Graecia vidit ῥητέρων

z) Res pace belloque, a Demofthene in republica Athenienfi geftas, pluribus verbis expofuerunt PLVTARCHVS in *Demofthene* Tom. VI. *Operum* p. 1551-1577. ἐν τοῖς βίοις τ. δ. ϛ. Tom. III. *Oper.* p. 1551-1558. et qui illum fequitur PHOTIVS cod. CCLXV. col. 1465-1480. PAVSANIAS, DIODORVS SICVLVS, PHILOSTRATVS aliique paffim, SVIDAS Tom. I. p. 543. fqq. LVCIANVS in *Encomio Demofthenis* T. III. *Oper.* p. 491. fqq. edit. IO. FR. REITZII Amftelod. 1743. in 4. Quibuscum conf. meretur DIONYS. HALICARNASS. *Epiftola I. ad Ammaeum de aetate fcriptorum Demofthenis et Ariftotelis* Tom. II. p. 120. ed. FR. SYLBVRGII. E recentioribus huc fpectant HIERON. WOLFII *vita Demofthenis ex Plutarcho Luciano et Suida, cum annotationibus et eruditorum de Demofthene elogiis.* Eiusd. *vita Olympiadibus ac praeturis diftincta Athenienfium, ex parallelis*, ANDREAE SCHOTTI *acceffionibus locupletior.* Vtraque praemittitur *Operum* editioni DEMOSTHENIS *et* AESCHINIS Francof. 1604. in fol. EDONIS HILDERICI *Oratio de Demofthene* Viteb. 1562. in 8. IO. POSSELII *Oratio de Demofthene*, in eius *Oration.* Frf. 1599. in 8. RENE RAPIN *Comparaifon de Demofthene et de Ciceron* dans les *Oeuvres de* RAPIN Tom. I. p. 1. fqq. edit. de la Haye 1725. in 12. PETRI ECKERMANNI *Specimen academicum parallelifmum Ciceronis et Demofthenis exhibens* Vpfal. 1746. in 4. IO. ALB. FABRICII *Biblioth. gr.* L. II. C. XXVI. p. 917. fqq.

ρων δυνατώτατος a). Is Demosthenis, fabri gladiarii b) et Cleobules c) fuit filius,

a) Polyeuctum Sphettium, hoc elogio ornasse Demosthenem, ex ARISTONE CHIO refert PLVTARCH. in *Demosth.* Tom. VI. *Oper.* p. 1559. QVINTILIAN. *Institut. orator.* L. X. cap. I. p. 901. edit. PETR. BVRMANNI illum *principem oratorum* Atheniensium, *ac pene legem orandi* fuisse memorat. Cf. L. XII. Cap. X. CICERO in *Bruto* C. VIIII. et *de Opt. genere Orator.* Cap. IIII. PLINIVS L. VIIII. Ep. 26.

b) SVIDAS l. cit. p. 544. PLVTARCH. in *Demosthene* p. 1553. illum μαχαιροποιὸν nominant. Posterior autem disertis prodidit verbis, Demosthenis patrem id opificium non tractasse ipsum, sed illum ideo cognominatum fuisse, quod seruos habuerit, qui id opificii genus exercuerint: Δημοσθένης, ὁ πατὴρ Δημοσθένους, ἦν μὲν τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ἐπεκαλεῖτο δὲ μαχαιροποιὸς, ἐργαστήριον ἔχων μέγα καὶ δούλους τεχνίτας τοῦτο πράττοντας. Haec a PLVTARCHO forte eo dicta sunt, vt opificii, quod exercuerat pater Demosthenis, memoriam extingueret. Suo comprobat PLVTARCHI sententiam, suffragio IO. BRODAEVS *Miscellaneor.* P. II. p. 525. vbi aduersus VALERIVM MAXIMVM, AESCHINEM et IVVENALEM probare sustinet, Demosthenis patrem cultellos nunquam vendidisse, quoniam καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν (auctore ap. PLVTARCH. Theopompo) et vt illis temporibus copiosus plane fuerit et locuples: id praeterea ipsius indicare DEMOSTHENIS existimat verba, in *oratione* κατ' Ἀφόβου, vbi ὁ γὰρ πατὴρ inquit κατέλιπε δύο ἐργαστήρια τέχνης οὐ μικρᾶς, ἑκάτερον μαχαιροποιοὺς μὲν τριάκοντα καὶ δύο, quibus non ipse Demosthenis pater, sed aut ex libertis eius quispiam, aut atriensis praefuerit. Illum fuisse τριήραρχον memorat LVCIANVS l. cit. p. 499. simulque addit ὃν ἦν Ἀθήνησι λαμπρότερον τιμήματος τριηραρχικοῦ.

c) SVIDAS l. cit. p. 543. PHOTIVS l. cit. col. 1471.

filius, qui ſuo docuit exemplo, quod nihil tam altum a natura ſit conſtitutum, quo improbus labor, indefeſſum atque pertinax ſtudium, non queat eniti. Cum enim eloquentiae operam dare conſtitueret, et animaduerteret, quod ſi in publicum prodiret, multitudine ac tumultu perturbatus, mente excideret d), *in littore*, teſte QVINTILIANO e), *in quod ſe maximo cum ſono fluctus illideret, meditans, conſueſcebat concionum fremitus non expaueſcere.* Et vt PLVTARCHVS f), LVCIANVS g) aliique memorant, in locum ſe recondidit ſubterraneum, ex quo nulla exaudiri vox, et ex quo nihil proſpici poſſet, ne aliud agere mentem cogerent oculi, illeque continua et non interrupta meditatione dicen-

d) Huius rei exemplum, vid. ap. PHILOSTRATVM *de vitiis Sophiſtar.* p. 508. et 567.

e) L. X. *Inſtit. orator.* Cap. III. p. 938. Conf. PLVTARCH. *ἐν τοῖς βίοις τ. δ. ῥ.* l. cit. 1552. PHOTIVS l. c. VALER. MAX. L. IIX. Cap. VII. p. 729.

f) *Ἐν τοῖς βίοις τ. δ. ῥ.* l. c. in *Demoſthene* p. 1556. vbi ſua etiam aetate hoc Demoſthenis *μελετητήριον* ſubterraneum ſuperfuiſſe ſcribit. Conf. PHOTIVS l. cit.

g) l. cit. p. 501. Conf. SVIDAS l. cit. p. 544.

dicendi consequeretur facultatem. Sed aliae et maiores supererant difficultates, quibus illum ab eloquentiae studio, natura, deterrere videbatur, quas tamen omnes felicissime superauit, seque ad summi oratoris extulit fastigium. Cum enim litteram *Rho* pronunciare non posset [h]) verbaque lingua balbutiente quasi propelleret, calculis in os coniectis [i]), et locum adcliuem scandendo, pronunciare conabatur, vt ore postea soluto, planissime diceret, et faciliore via verba decurrerent. Nunquam nisi praemeditatus [k]) dicebat, et grande intuens speculum [l]) praeeunte Andronico histrione

QVINTILIANVS L. X. C. III. p. 936.

h) CICERO L. II. *de diuinat.* c. XLVI. VALER. MAX. l. cit. PHOTIVS l. cit.

i) Haec ab ipso Demosthene se audisse refert DEMETRIVS PHALEREVS ap. PLVTARCH. in *Demosth.* l. cit. 1559. Conf. VALER. MAX. l. cit.

k) PLVTARCH. in *Demosthene* 1557. ἐδόκει τε τούτου σημεῖον εἶναι μέγα, τὸ μὴ ῥᾳδίως ἀκοῦσαί τινα Δημοσθένους ἐπὶ καιροῦ λέγοντος, ἀλλὰ καὶ καθήμενον ἐν ἐκκλησίᾳ πολλάκις τοῦ δήμου καλοῦντος ὀνομαστὶ, μὴ παρελθεῖν, εἰ μὴ τύχοι πεφροντικὼς καὶ παρεσκευασμένος εἰς τοῦτο.

l) PLVTARCH. in *Demosth.* p. 1559. ἐν τοῖς βίοις τ. δ. β. 1552. PHOTIVS l.

ne m) actionem componere, orique verba conformare solebat. Varios autem ad imitandum sibi proposuit oratores, inter quos prae ceteris eminent Isocrates, Isaeus, Callistratus, et Carystius Alcidamas n). His certe vsus doctoribus, quorum partim ipse frequentauerat scholas, partim eorum orationes diligenter audiuerat, et quas scriptis mandarunt lectitauerat o), tantum in eloquentiae studio profecit, vt non solum orationibus suis grauissimis, mira suauitate adspersis, viuus et eloquens audientium aures delectaret mirifice, sed id quoque mortuus iam efficere posset, vt, commemorato eius nomine, maximae eloquentiae consummatio, animo oboriretur audi-

cit. LVCIANVS p. 501. QVINTILIANVS L. XI. Cap. III. p. 1013.

m) PLVTARCH. ἐν τοῖς βίοις τ. δ. ῥ. p. 1552. SVIDAS p. 545. PHOTIVS 1473.

n) Nominant illos praeter alios PLVTARCHVS, SVIDAS et LVCIANVS ll. citt.

o) PLVTARCH. ἐν τοῖς βίοις τ. δ. ῥ. 1551. ὡς δὲ Κτησίβιος φησὶν ἐν τῷ περὶ φιλοσοφίας, διὰ Καλλίου τοῦ Συρακουσίου πορίσας τοῦ Ζήθου τοῦ Ἀμφιπολίτου λόγους, διὰ δὲ χαρικλέους τοῦ Καρυστίου τοὺς

audientium p). *Tanta* enim in orationibus eius, quae etiam hodie leguntur, QVINTILIANO q) teſte, *ineſt vis, tam denſa omnia, ita quibusdam neruis intenta ſunt, tam nihil otioſum, is dicendi modus, vt nec, quod deſit in eo, nec, quod redundet inueniatur.* Reges inprimis Macedonum Philippus et Alexander experti fuerunt, quantum in Athenienſium animis Demoſthenis valuerit eloquentia. Neque vero conſiliis tantum rempublicam adiuuit, ſed armis quoque, illius libertatem, contra Macedonas ſtrenue ac fortiter defendit, quamuis aliquando, *parmula*, vt HORATIVS r) ait,

Ἀλκιδάμαντος ἀνέλαβεν αὐτοῦς.

p) Haec de illo praedicat VALER. MAXIM. l. cit. p. 729.

q) L. X. *Inſt. Orator.* Cap. I. p. 901.

r) L. II. *Od.* VII. 10. Rem pluribus verbis narrat PLVTARCH. in *Demoſthene* 1567. vbi inter alia ait: ἐν δὲ τῇ μάχῃ καλὸν οὐδὲν οὐδ' ὁμολογούμενον ἔργον εἰς εἶπεν ἀποδειξάμενος, ᾤχετο τὴν τάξιν ἀποδρὰς αἴσχιστα, καὶ τὰ ὅπλα ῥίψας, οὐδὲ τὴν ἐπιγραφὴν τῆς ἀσπίδος (ὡς ἔλεγε Πυθέας) αἰσχυνθεὶς, ἐπιγεγραμμένης γράμμασι χρυσοῖς, ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ. Conf. PHOTIVS Col. 1476. Hanc vero potiſſimum ob cauſſam Demoſthenem has voces clypeo inſcripſiſſe exiſtimo, quod Ἀγαθὴν Τύχην Athenienſes tanquam Deam vrbis tutelarem colerent. Teſte enim AELIANO L. VIIII. *Var. Hiſt.* Cap. XXXVIIII. p. 634. τῆς Ἀγα-

ait, *non bene relicta*, ῥιψάσπιδος s) obtinuerit cognomen. Itaque mirari nemo poterit, quod Philippus et Alexander, quo-

θῆς τύχης ſtatua iuxta Prytaneum Athenis conſpiciebatur. Neque aliam ob cauſſam in more poſitum fuit Athenienſibus vt decretis ſuis, verba Ἀγαθῇ Τύχῃ tanquam formulam ſolemnem praefigerent, quod praeter varia Pſephiſmatum ſ. decretorum exempla, apud graecos auctores paſſim obuia, PLVTARCHI confirmat teſtimonium, qui, in libello περὶ Στωϊκ. ἐναντιωμάτ. Tom. III. *Oper.* p. 1902. edit. HENR. STEPHAN. οἱ τὰ ψηφίσματα, ait, ταῖς πόλεσιν εἰσφέροντες προγράφουσιν ἀγαθὴν Τύχην, MENCKENIORVM *Biblioth. viror. militia aeque ac ſcriptis illuſtr.* p. 171. ſqq.

s) Vid. SVIDAS in Κλεώνυμος: Tom. II. p. 325. et quae ibi notauit LVDOLF. KVSTERVS ex ARISTOPHANE et eius SCHOLIASTE. Adeo vero ignominioſum erat apud veteres Graecos clypeum abiicere, et e pugna aufugere, vt Lacedaemonii Archilochum, e finibus ſuis iuſſerint excedere, quod contra Saios Thraciae populos pugnans, abiecto clypeo fugerat, et poſtea ſcripſerat, ſatius eſſe clypeum abiicere, quam interire, vt PLVTARCHVS quidem refert in *inſtitut. Laconic.* Tom. I. *Oper.* p. 425. ed. HENR. STEPHANI. ARCHILOCHI verſus inueniuntur ap. PLVTARCH. l. cit. et ap. ARISTOPHANEM in Εἰρην. v. 1296. ſqq. p. 376.

Ἀσπίδι μὲν Σαίων τις ἀγάλλεται ἣν παρὰ θάμνῳ
Ἐντὸς ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων
Ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα Φυγὼν ἀσπὶς ἐκείνη
Ἐῤῥέτω. Ἐξαῦθω κτήσομαι οὐ κακίω.

H. STEPHANVS ita tranſtulit :

Nunc aliquis Saion parma ſe iactitat illa
Quae iacta in vepres eſt mihi, labe carens.

quorum ille t) *ſe vnum habere Demoſthenem antagoniſten* pronunciabat, illius deditionem toties ab Athenienſibus, efflagitauerint. Quod vero iſti reges, nulla prorſus ratione ab Athenienſibus impetrare poterant, nempe vt iis traderetur Demoſthenes, id eorum ſucceſſor Antipater, ſine omni dubio fuiſſet conſequutus, niſi Demoſthenes ipſe, mortem honeſtam captiuitati praetuliſſet ignominioſae,

Sic mortem effugi, quid tum ſi parma peribit!
Haud peiorem illa namque parare queo.

Conf. SCHOLIAST. ad cit. ARISTOPHANIS loc. FLORENTIS CHRISTIANI not. ad h. l. p. 186. Cauſſam vero ob quam apud Lacedaemones, illi ignominia notarentur, qui clypeum amiſerant, non item qui galeam aut thoracem, Demaratus his retulit verbis ap. PLVTARCH. in *apophthegmat. Laconic.* Tom. I. *Oper.* p. 390. Ὅτι ταῦτα μὲν χάριν ἑαυτῶν περιτίθενται, τὴν δὲ ἀσπίδα, τῆς κοινῆς τάξεως ἕνεκα. Conf. de ignominia abiecti clypei, et de poena deſertoris LVCIANI *navigium ſeu vota* Tom. III. p. 270. et GILBERTI COGNATI *Obſeruation.* ad h. l. p. 901. edit. Baſil. in 8. EIVSD. *Obſeruat.* ad LVCIANI *paraſitum* Tom. III. p. 549. M. ANTON. MVRETI L. VIIII. *Var. Lect.* Cap. II. MATTH. ZIMMERMANNI *Florileg. philologic. hiſtoric.* p. 237.

t) LVCIAN. in *Encom. Demoſthenis* l. cit. p. 520. vbi Philippus: Ἐμοὶ Δημοσθένης μόνος ἀνταγωνιστής. Ἀθηναῖοι δὲ, Δημοσθένην οὐκ ἔχοντες,

niosae, haustoque in insula Calauria u) veneno v) repentina morte, et regis Antipatri, et aduersariorum elusisset consilia. Annus agebatur Olympiadis CXV. tertius, quo Demosthenes occubuit. Varia retulere PLVTARCHVS w) et LVCIANVS x) dicteria, quae Demosthenes coniecisse, in Archiam, commemoratur, ὑποκριτὴν y), quem Antipater in insulam Calauriam miserat, vt Demosthenem e

'Αινιᾶνές εἰσι, καὶ Θετταλοί. Conf. PLVTARCH. ἐν τοῖς βίοις τ. δ. ϐ. p. 1553. Conf. AGATHEMERIS ὑποτυπώσ. γεωγραφ. p. 15. ed. SAM. TENVLII.

u) PLVTARCHVS et SVIDAS hanc insulam Καλαβρίαν adpellant. PAVSANIAS vero in *Attic.* p. 7. STRABO in *Geogr.* L. II. p. 125. edit. Basil. 1571. in fol. Καλαυρίαν scribunt, sicut et LVCIANVS in *Encom. Demosthen.* p. 511. Aliis autem in locis, PAVSANIAS nempe in *Corinthiac.* p. 75. 76. in *Phocic.* p. 320. Καλαύρειαν eam pronunciat, quod et STEPHANVS facit *de Vrbibus* p. 345. edit. THOM. DE PINEDO.

v) Haec quidem peruulgata veterum auctorum est sententia, sed iam PLVTARCHI aetate, plures fuisse, qui alio mortis genere Demosthenem interiisse scriberent, verba eius testantur T. VI. *Oper.* p. 1576.

w) ll. citt.

x) ll. citt.

y) Archias iste, qui ab Antipatro missus erat, vt oratores, qui, cum Demosthene fuga saluti suae con-

Neptuni templo z), vnde illos, qui eo confugerant, protrahere, templique violare religionem, nefas erat, nisi lubens volensque exire vellet, manu deduceret violenta. Vix autem nuncius de Demosthenis morte Athenas venerat, cum ingrati facinoris poenitentia, ciuium subiret animos. Meritorum a) enim in rempublicam recordatio, eos impulit, vt nonsolum ipsi, in foro, iuxta duodecim deorum aram b) statuam aeream decernerent, sed et ei, qui natu maximus e Demosthenis familia erat, victum in Prytaneo, et primum in certaminibus locum

fuluerant, caperet, ideo φυγαδοθήρας, quasi exulum venator adpellatus fuit, PLVTARCHO teste in *Demosth.* p. 1574.

z) PAVSANIAS in *Attic.* p. 7. in *Corinthiac.* p. 76. Demosthenis sepulcrum, etiam intra illius templi septum fuisse scribit. Conf. SVIDAS p. 544.

a) Longa serie enumerantur in *decreto* statim memorando.

b) Duodecim Deorum ara, quae Athenis in foro conspiciebatur, a Pisistrato, Hippiae tyranni filio, dedicata, postea vero a populo Atheniensi, magis perfecta, et inscriptione, qua, illam ornauerat Pisistratus, priuata fuit. Vid. THVCYDIDES L. VI. p. 215. edit. HENR.

locum concederent. PLVTARCHVS c) non solum et SVIDAS d) id referunt, sed verba etiam *decreti* e) id testantur, cuius hic adscribo initium: Τιμοχάρης Λάχητος Λευκονοεὺς αἰτεῖ Δημοσθένει τῷ Δημοσθένους Παιανιεῖ δωρεὰν εἰκόνα χαλκὴν ἐν ἀγορᾷ καὶ σίτησιν ἐν πρυτανείῳ, καὶ προεδρίαν αὐτῷ καὶ ἐγγόνων ἀεὶ τῷ πρεσβυτάτῳ· εὐεργέτῃ καὶ συμβούλῳ γεγονότι πολλῶν καὶ καλῶν τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων κ. τ. λ. Statua vero ista a Polyeucto f) elaborata, elogio, vt DEMETRIVS MAGNES apud PLVTARCHVM g) refert, ornata fuit, quod ipse olim Demosthenes composuisse dicebatur h):

STEPHANI 1564. Conf. IO. MEVRSII *Ceramicus geminus* ap. GRONOV. IIII. 989.

c) in *Demosthen.* 1576. ἐν τοῖς βίοις τ. δ. β. 1556.

d) l. cit. p. 544. Conf. PAVSANIAS in *Attic.* p. 7.

e) ap. PLVTARCH. T. III. *Oper.* 1536.

f) Conf. FRANC. IVNII *Catalogus Architector. Mechanicor.* etc. p. 172.

g) l. cit. p. 1556.

h) PLVTARCH. in *Demosthen.* 1576. nugari eos ait, qui, hoc epigramma, ab

Εἴπερ ἴσην ῥώμην γνώμῃ Δημόσθενες ἔσχες,
Οὔ ποτ' ἂν Ἑλλήνων ἦρξεν Ἄρης Μακεδών.

ROBERTVS BRITANNVS i) illud hac ratione latine reddidit:

Hic si quantum animo tantum valuisset et armis
Graecorum haud Macedo perdomuisset opes.

§. XIIII.

ipso Demosthene compositum proderent: δι αὐτὸν τὸν Δημοσθένη τοῦτο ποιῆσαι λέγοντες ἐν Καλαβρίᾳ, μέλλοντα τὸ φάρμακον προσφέρεσθαι, κομιδῇ φλυαροῦσι.

i) Tom. III. *Oper. latinor.* PLVTARCHI p. 178. HERM. CRVSERIVS T. VI. *Oper. lat.* PLVTARCH. p. 315. illud hac ratione transtulit:

Menti, Demosthenes, par si tu robur haberes
Non erat Aemathiae Graecia victa manu.

ANDREAS SCHOTTVS in *versione* PHOTII col. 1478.

Si paria eloquio, Demosthenes, arma tulisses
Non caderet Macedum Graecia victa manu.

GVIL. XYLANDER in *versione vitae Demosthenis* a PLVTARCH. conscriptae p. 753. edit. Heidelb. 1561. in fol.

Si tibi vis animo, Demosthenes, aequa fuisset
Non Macedum ferret Graecia victa iugum.

FRANCISCVS IVNIVS in

§. XIIII.

Quamuis Demosthenes eloquentissimus, et facile princeps Atheniensium haberetur orator, ea tamen aetas alium protulit virum, in quo natura experiri voluisse videbatur, quantum nulla adhibita arte, et exercitatione valeat. Fuit is DEMADES k), Atheniensis, e Laciadis l) Oeneidis tribus, populo, oriundus, patre obscuro m) e tibicina me-

D 4 retri-

Catalogo Architectorum, mechanicor. etc. l. cit.

Si menti vires fuerant, Demosthenes, aequae
Non armis Macedum Graecia victa foret.

k) De Demade praesertim commentatus est SVIDAS Tom. I. p. 537. sqq. vbi duos rhetores, hoc nomine conspicuos, minus tamen adcurate adfert. Sequitur illum IO. MEVRSIVS in *Bibliothec. attic.* L. II. ap. GRONOV. l. cit. 1477. Eos errasse recte monuit IO. ALB. FABRICIVS in *Biblioth. gr.* L. IIII. Cap. XXX. p. 418.

l) Vid. SVIDAS l. cit. Conf. IO. MEVRSIVS *de populis attic.* ap. GRONOV. IIII. 744.

m) AELIAN. L. XII. *Var. Hist.* Cap. XLIII. p. 796. Ὑπερβόλου δὲ καὶ Κλεοφῶντος, καὶ Δημάδου καί τοι προστατῶν γενομένων τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, οὐδεὶς ἂν εἴποι ῥᾳδίως τοὺς πατέρας. Demadem fuisse illum adpellatum, patet ex SVIDA l. cit. et ex *oratione* DEMADIS περὶ τῆς δωδεκαετίας p. 237. edit. Hanouiens. 1619. in 8.

retrice n) vt nonnulli perhibent prognatus. In nullius enim rhetoris ſchola edoctus, remigando o) inter maris fluctuantis tumultus, ſodaliumque, incompoſitum et ſemiferum hominum genus, ſtrepitus atque clamores, naturae ſolius inſtinctu, ingeniique beneficio, eloquentiſſi-

Γεγονὼς γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Δημάδου πατρὸς ὡς καὶ ὑμῶν δὲ πρεσβύτεροι γινώσκουσιν.

n) Ita quidem SVIDAS l. cit. Δημάδης, Δημάδης, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ. Τοῦτον ἐποίησεν ὁ πρότερος Δημάδης, ὁ καὶ δημαγωγὸς ἀπὸ αὐλητρίδος τεχθέντα. Ea vero ad Demean Demadis filium referenda eſſe, his potiſſimum adducimur rationibus. Primo Demades homo fuit moribus impuriſſimis, amoresque meretricios in deliciis habuit, quod apud ATHENAEVM II. 44. de illo refert Pythias: Δημάδης δὲ πορνοβοσκῶν καὶ μεθυσκόμενος, κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην προγάστωρ ἡμῖν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀνακυκλεῖται. Deinde nuptias, e quibus ille progenuit Demean, fuiſſe clandeſtinas, ipſe teſtatus eſt hiſce verbis, quibus ap. PLVTARCH. in *Phocione* Tom. VI. p. 1386. filium compellat: Ἐμοῦ μὲν, ὦ παῖ, τὴν σὴν μητέρα γαμοῦντος οὐδὲ ὁ γείτων ᾔσθετο. τοῖς δὲ σοῖς γάμοις καὶ βασιλεῖς καὶ δυνάσται συγχορηγοῦσι. Demeae poſtea natales ab Hyperide publice fuiſſe exprobratos refert ATHENAEVS L. XIII. 591. ἴστε δὲ ὅτι καὶ Δημάδης ὁ ῥήτωρ ἐξ αὐλητρίδος ἑταίρας ἐπαιδοποιήσατο Δημέαν, ὃν φρυαττόμενον ποτὲ ἐπὶ τοῦ βήματος ἐπεστόμισεν Ὑπερείδης εἰπὼν, οὐ σιωπήσῃ μειράκιον, μεῖζον τῆς μητρὸς ἔχων τὸ φύσημα. Conf. IO. MEVRSII *Lection. attic.* L. I. Cap. V. ap. GRONOV. V. 1779.

o) Veterum auctorum SEXTI EMPIRICI, SYRIANI, SVIDAE, APOSTOLII,

tiſſimus orator, et celeberrimus Athenienſium factus eſt demagogus, adeo, vt ſi Demoſthenem in dicendi facultate non ſuperauerit, cum illo tamen de principatu potiuerit contendere. Ita enim PLVTARCHVS p) illum omnibus aetatis ſuae oratoribus praefulſiſſe, quid? ipſius Demoſthenis lucubrationes, extemporanea ſua eloquentia ſuperaſſe ſcribit. In eadem fere fuiſſe ſententia videtur Theophraſtus, qui, vt idem PLVTARCHVS q) ex ARISTONE refert CHIO, interrogatus, quae illius de Demoſthene, quae de Demade ſit ſententia? reſpondiſſe fertur; illum ἄξιον τῆς πόλεως eſſe, hunc vero ὑπὲρ τὴν πόλιν. Cum plurimum auctoritate apud Athenien-

QVINTILIANI, hac de re teſtimonia vid. ap. IO. ALB. FABRICIVM l. cit. not. c.

p) in *vita Demoſthen.* Tom. VI. p. 1558. Πλὴν τόν γε Δημάδην πάντες ὁμολόγουν τῇ φύσει χρώμενον ἀνίκητον εἶναι, καὶ παραφέρειν αὐτὸν σχεδιάζοντα τὰς τοῦ Δημοσθένους σκέψεις καὶ παρασκευάς.

q) l. cit. p. 1559.

nienſes valeret, quibus extitit ſuaſor, vt pacem bello praeferrent, et Philippi Macedonis iugum patienter ſubirent, Demoſthenem inprimis grauiſſimum ideo nactus eſt aduerſarium. Varia nonſolum iſtius rei, reperimus indicia, apud PLVTARCHVM q*) ſed ex illa quoque id patet luculenter oratione ὑπὲρ τῆς δωδεκαετίας, quam alii r) a Demade conſcriptam, alii s) vero, qui cum CICERONE t) nulla illius extare ſcripta cre-

q*) e. g. in *vita Demoſthenis* Tom. VI. 1560. 1574. 1577. Conf. SVIDAS, qui, illum Demoſtheni pro Olynthiis dicenti, fortiter reſtitiſſe ait p. 537. Cauſſam vero, ob quam Demades, Demoſthenis adminiſtrationem reipublicae, omnium malorum dixerit cauſſam, vid. ap. DIONYS. HALICARNASS. in *epiſtola ad Ammaeum* περὶ Δημοσθ. T. II. p. 124. ed. FRID. SYLBVRGII.

r) Eminent inter illos NICOL. CAVSSINVS, *de eloquentia ſacra et humana* L. I. Cap. XXXIIII. p. 21. ed. Colonienſ. 1634. in 4. GERARD. IOAN. VOSSIVS *de Rhetoricae natura ac conſtitutione* Cap. XI. p. 338. edit. Amſtelod. 1697. in fol.

s) Sic e. g. ſuppoſititia eſſe videtur DIONYSIO PETAVIO L. II. *Epiſt.* VII. Conf. IO. ALB. FABRICII *Biblioth. gr.* l. cit. p. 421.

t) in *Bruto* Cap. VIIII. Conf. QVINTILIAN. *Inſtitut. orator.* XII. 10. p.

credunt, ſuppoſititiam eſſe exiſtimant. In illa u) enim inter alia auctor, quisquis ille demum fuerit, Demoſthenem reprehendit, quod ſplendidum quidem verbis, et ſpecioſum, ſed haud ſalutare Athenienſibus dederit conſilium, cum arma aduerſus Macedonas capienda eſſe ſuaſerit. Δημοσθένης μὲν, ait, ἐκύρωσε πόλεμον, καλὴν μὲν τοῖς ὀνόμασιν, οὐ σωτήριον δὲ τοῖς ἔργοις συμβουλίαν εἰσηγασάμενος τοῖς πολίταις. Cum Phocione v), ad Antipatrum legatus miſſus, conſenſerat, vt vrbs ei traderetur, ſuaque effecit auctoritate, et conſilio, vt Demoſthenes cum ceteris oratoribus, qui omnes aliud ſuaſerant, a populo in exilium pelleretur. Haud igitur iniurius in eum fuiſſe videtur PLVTARCHVS

1098. vbi idem adfirmat, *in agendo clariſſimos quosdam nihil poſteritati, manſurisque litteris reliquiſſe, vt Periclem et Demadem.*

u) p. 241. edit. Hanouienſ. 1619. in 8.

v) CORNEL. NEPOS in *Phocione* Cap. II. p. 504. ſqq. Haec paullo fuſius narrat PLVTARCHVS in *Phocione* Tom. VI. p. 1382. ſqq. PAVSANIAS in *Achaicis* p. 215.

CHVS [w] cum rempublicam Athenienſem eius eloquentia, et conſiliis corruptam, et proditam, hiſce diceret verbis: Δημάδης μὲν γὰρ αὐτὸς ἦν ναυάγιον τῆς πόλεως, οὕτως ἀσελγῶς βιώσας καὶ πολιτευσάμενος, ὥςε Ἀντίπατρον εἰπεῖν ἐπ' αὐτοῦ γέροντος ἤδη γεγονότος ὅτι καθάπερ ἱερείου διαπεπραγμένου, γλῶσσα καὶ κοιλία μόνον ἀπολέλειπται. Neque vero haec omnia deterruerunt Athenienſes, quin eius ſe flecti conſiliis paterentur, illumque veluti ciuem de republica optime meritum vario et inſigni adficerent honore. Stetit olim in foro Athenienſi ſtatua illius aenea, quae publico decreto illi poſita fuit, quod APSINES [x], hiſce retulit verbis: Ἐγράφη μὲν ψήφισμα χαλκῆς εἰκόνος τῷ Δημάδῃ, ὁ δὲ κατηγορεῖ τοῦ ψηφίσματος, ὅσα ἦν αὐτῷ διὰ πλειόνων εἰρημένα

w) l. cit. p. 1361.

x) Τεχν. ῥητορικ. quae extat inter rhetoras ab ALDO MANVTIO Venet. 1508. in fol. edit. cap. περὶ προσωποποιΐας p. 691.

μένα κατὰ τὴν κατασκευὴν τοῦ ἔτι μὴ ᾖ ἄξιος τῆς τιμῆς τυχεῖν. Et DINARCHVS y) inter alia, quae Demoftheni, obiicit crimina, id quoque adfert, quod permiferit, vt Demadi, varii decernerentur honores, et ftatua pofita fuerit. Ita vero ille: Γέγραπται σοι ψήφισμα Δημόσθενες, πολλῶν ὄντων καὶ δεινῶν παρανόμων ὧν Δημάδης γέγραφε; κεκώλυκας τινὰ πρᾶξιν ὧν ἐκεῖνος προελόμενος κατὰ τοῦ δήμου πεπολίτευται; οὐδ' ἥντινοῦν. εἰσήγγελκας τὸν παρὰ τὸ τοῦ δήμου ψήφισμα καὶ τοὺς νόμους πολλὰ διαπεπραγμένον; οὐδεπώποτε. ἀλλὰ περιεῖδες αὐτὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ χαλκοῦν ςαθέντα, καὶ τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως κεκοινωνηκότα τοῖς Ἁρμοδίου καὶ Ἀριςογείτονος ἀπογόνοις. Proditionis vero Demades, cuius plus vice fimplici, fe fecerat reum, tandem luit poenas,

y) in *Oratione* κατὰ Δημοσθένους p. 56. edit. Hanouienf. 1619. in 8. Conf. 10. MEVRSII *Ceramicus geminus* Cap. XVII. ap. GRONOV. IIII. 988. fqq.

poenas, et ſuo expertus eſt damno, quod, vt PLVTARCHVS z) ſcribit, ſaepiſſime illi praedixerat Demoſthenes, neque tamen ſibi euenturum crediderat Demades, *Proditores ſemetipſos vendere primos.* Cum enim ab Antipatro, reipublicae Athenienſis gubernandae cura, ei demandata eſſet, ille vero ad Perdiccam a), vel vt alii narrant ad Antigonum b) ſcriberet epiſtolam, qua illum hortabatur, vt Macedoniam inuaderet, et regnum occuparet, quod ἐκ παλαιοῦ καὶ σαπροῦ ςήμονος, ita enim Antipatrum, ſenio confectum mortique proximum adpellabat, ſuſpenſum eſſet, a Caſſandro c), ſeu vt SVIDAS d) perhibet, ab Anti-

z) in vita Demoſth. l. cit. p. 1577. ἐν τοῖς μεγίςοις διδασκόμενον ἀτυχήμασιν, ὅτι πρώτους ἑαυτοὺς οἱ Προδόται πωλοῦσιν. ἃ πολλάκις Δημοσθένους προαγορεύοντος, οὐκ ἐπίςευσεν.

a) ita rem narrat PLVTARCHVS in *vita Demoſthen.* l. cit. DIODOR. SICVL. L. XIIX. p. 293.

b) PLVTARCH. in *vita Phocionis* l. cit. p. 1386.

c) PLVTARCH. ll. citt.

d) l. cit. p. 538. DIODOR. SICVL. l. cit.

Antipatro ipſo, cum filio Demea, Olympiadis C X V. anno ſecundo *) interfectus, et in lacum amphipolitanum c) deiectus fuit.

§. XV.

Inter oratores, quorum Graecia, Philippi et Alexandri Macedonum, aetate, inſignem tulit prouentum, haud vltimum ſibi vindicat locum PHOCION, Athenienſis, vir quem ipſe Demoſthenes, inter tot celeberrimos oratores, vnicum eloquentiae ſuae aemulum reformidabat. Cum enim illum vultu auſtero, et inſigni quadam animi grauitate, verba ad populum Athenienſem facere, conſpiceret, amicos adſtantes, his fertur verbis

*) Vid. DIODOR. SICVL. l. cit. CAROL. SIGONIVS *de Atheniensium temporibus* ap. GRONOV. V. 1662.

c) de vrbe Amphipoli in Hedonum regione ab Athenienſibus condita, et lacu amphipolitano, quem faciebat fluuius Strymon, vid. STEPHANVS BYZANTIN. p. 78. ſqq. Conf. LVCAS

verbis compellasse f): ἡ τῶν ἐμῶν λόγων κοπὶς πάρεστιν. Ita vero comparata fuit Phocionis oratio, vt sententiis grauissimis, et saluberrimis consiliis referta g) bonae causae, quam tuebatur semper Phocion, testis esset, et breuitate, aculeos quasi in audientium relinqueret animis. Et haec certe caussa fuit, quam ob rem a nonnullis, ipsi Demostheni, oratorum alioquin Graeciae principi anteferretur. Ita enim Sphettius Polyeuctus h) Demosthenem ῥήτορα ἄριστον, Phocionem vero δεινότατον esse pronunciauit. Quo patre summus iste Graecorum orator, nec minor militum dux, fuerit prognatus, veteres scriptores, ob caussam

HOLSTENII *Not. & Castigationes* in STEPH. BYZANTIN. p. 33.

f) PLVTARCH. in *vita Phocionis* Tom. V I. p. 1365.

g) ita illam describit PLVTARCH. l. cit. τοῦ Φωκίωνος ὁ λόγος ἦν ἐπὶ χρηστοῖς ἐντυχήμασι καὶ διανοήμασι σωτήριος, πρὸς τακτικήν τινα καὶ αὐστηρὰν καὶ ἀνήδυστον ἔχων βραχυλογίαν.

h) ap. PLVTARCH. l. cit. p. 1364.

ſam neſcio quam, non retulerunt. Illum tamen e gente, non adeo obſcura, neque patre, vt IDOMENEVS quidem ſuſtinuit adfirmare δοιδυκοποιῷ i) fuiſſe oriundum, ideo exiſtimat PLVTARCHVS, k) quod GLAVCIPPVS, Hyperidis filius l) infenſiſſimus gloriae eius obtrectator, minime id ſilentio praetermiſiſſet, cum nihil relinqueret intactum, quod eius ignominiam augere poſſet, et vel ſexcenta colligeret, ipſique obiiceret conuicia. m) Si Hermae capiti truncato, quem

i) Idem ac IDOMENEVS referre videtur AELIANVS L. XII. *Var. Hiſt.* Cap. XLIII. p. 796. Φωκίων - πατρὸς μὲν δοίδυκας ἐργαζομένου ἦν. Interpretes exponunt per *artificem cochlearium.* Δοίδυξ enim HESYCHIO T. I. col. 1016. eſt ἀλετρίβανος, et IVLIVS POLLVX L. VI. Cap. XIII. p. 619. edit. TIBER. HEMSTERHVIS. inter μαγειρικὰ σκεύη refert. Conf. Commentatores ad AELIANI, HESYCHII, et POLLVCIS ll. citt.

k) l. cit. p. 1364.

l) vid. de illo IO. MEVRSII *Biblioth. attic.* L. III. ap. GRONOV. X. 1507.

m) PLVTARCH. l. cit. μυρία συνειλοχὼς καὶ εἰρηκὼς κατ' αὐτοῦ κακά.

quem FVLVIVS VRSINVS n) e ſitu quaſi et obliuione produxit, fidem habere voluimus, Sophili nomine Phocionis pater inſignitus fuit. Quisquis autem ille demum fuerit, feliciſſimus hanc ob cauſſam exiſtimandus eſt, quod filium reipublicae dederit athenienſi, de quo vniuerſa Graecia ſibi gratulari potuerit, niſi fata illum, in ea reſeruaſſent tempora, quibus Athenienſium respublica, triſtiſſimis mutationibus, et eiusmodi rerum agitabatur conuerſionibus, quae illi vltima imminere fata, portendebant. Mei neutiquam permittit inſtituti

n) in *imaginib. illuſtr.* 109. Iſti vero Hermae, quem etiam AVGVSTINVS VAN STAVEREN in ſua edit. CORNELII NEPOTIS p. 501. aere exprimendum curauit, haec inſcripta leguntur verba: ΦΩΚΙΩΝ ΣΟΦΙΛΟΤ ΑΘΗΝΑΙΟΣ. Conf. IO. FABRI *Commentar.* ad cit. FVLVII VRSINI loc. p. 63. IACOBI GRONOVII *Theſaur. Antiquit. graec.* T. II. n. 95. Sed repugnare videtur hic Hermae titulus, SVIDAE Tom. III. p. 638. AELIANO L. II. *Var. Hiſt.* Cap. XVI. p. 110. Cap. XLIII. p. 184. L. III. Cap. XVII. p. 239. DIODORO SICVLO L. XIIX. p. 306. aliisque, qui Phocionem Phoci filium Φωκίωνα τοῦ Φώκου adpellant.

tuti ratio, vt longa ſerie recenſeam, quibus conſiliis Phocion rempublicam adiuuerit, quot pericula pro patriae ſalute ſubierit, quibusue meritis, et domi et militiae ciues ſuos ſibi deuinxerit. Euoluant, quibus haec noſſe placet, PLVTARCHI, o) CORNELII NEPOTIS p) et aliorum, q) qui data, quod aiunt, opera, res Phocionis in toga et ſago praeclare geſtas, ad poſteros transmiſerunt, commentarios. Vnica tantum vitae integritas, animique moderatio, r) quibus virtutibus, omni enituit tempore, illum mori vetant. Certe effecit vt *viri boni* s) titulo, quid

 vero

o) in *vita Phocionis* l. cit. et in *operib.* paſſim.

p) in *vitis excellentium Imperator.* vbi Phocionis vita locum ſibi vindicat XVIIII. p. 501-513.

q) AELIANVS in *Var. Hiſt.* paſſim, DIODOR. SICVLVS paſſim in primis L. XVII. et XIIX. VALERIVS MAXIM. L. III. Cap. IIX. Ext. II. p. 319.

r) Laudant illas virtutes in Phocione PLVTARCH. CORNEL. NEP. AELIANVS, VALER. MAX. ll. citt.

s) SVIDAS l. cit. χρηστὸς οὖν ἐκλήθη κοινῇ ψήφῳ ἐν ἐκ-

vero illo titulo praeſtantius? communi ſuffragio ornaretur. Quo clarior vero Phocionis virtus, quam reipublicae etiam hoſtes t) venerabantur, emicuit, eo turpiorem ingrati animi maculam, ſibi adſperſerunt Athenienſes, cum virum, cuius alioquin vitae integritatem, animique moderationem publica quaſi voce

κλησία. Conf. Tom. III. p. 603. in φιλίσκος Ἀιγινήτης. DIOGENES LAERTIVS in vita Diogenis L. VI. Segm. LXXVI. p. 350. φωκίων ὁ ἐπίκλην χρηστός. Conf. AEGID. MENAGII *Obſeru.* ad h. DIOGENIS loc. p. 253. AELIAN. L. III. *Var. Hiſt.* Cap. XLVII. φωκίωνα ἡ εὐφημία ἡ καλοῦσα αὐτὸν χρηστόν. L. XII. Cap. XLIII. p. 795. φωκίων ὁ χρηστὸς ἐπικληθείς. Conf. *de Animal.* L. XII. Cap. VI. p. 667. edit. ABRAHAM. GRONOVII Londin. 1744. in 4. DIODOR. SICVL. L. XVII. p. 171. CORNEL. NEP. in *Phocione* Cap. I. p. 502. *multo eius notior integritas vitae, quam rei militaris labor. Itaque huius memoria eſt nulla, illius autem magna fama: ex quo cognomine Bonus eſt adpellatus.* VALER. MAXIM. L. III. Cap. VIII. p. 320. *Phocionis mores, quos optime profecto conſenſus omnium, bonitatis cognomine decorandos cenſuit.*

t) Philippus inprimis et Alexander M. magni illum aeſtimarunt. Refert, teſte PLVTARCHO in *vita Phocionis* p. 1375. DVRIS hiſtoricus et CHARES, quod ab Alexandro tanti aeſtimatus fuerit, vt illi ſoli et Antipatro in litteris, *Salutem* ſcriberet: τοῦτον δὲ μόνον, ὥσπερ Ἀντίπατρον, μετὰ τοῦ χαίρειν προσηγόρευε.

voce u) celebrauerant, turpiſſimi flagitii poſtularent v) patriaeque declararent proditorem. Quid? quod nonnulli, odio in illum eo proceſſerunt, vt nonſolum vndecim illum traderent viris, w) quibus ad ſupplicium, Athenienſium more, publice damnati tradi ſolebant, ſed etiam ignominioſa morte perem-

E 3 tum,

u) SVIDAS l. cit. χρηστὸς σὺν ἐκλήθη κοινῇ ψήφῳ ἐν ἐκκλησίᾳ.

v) Praecipua accuſationis capita recenſet PLVTARCHVS, DIODOR. SICVL. CORNEL. NEPOS ll. citt. qui etiam Athenienſium ingrati animi vitium exprobare videntur. CORNEL. NEPOS praeſertim l. cit. eiusmodi vitae exitum plerosque claros viros habuiſſe Athenienſes oſtendit. Conf. DIO PRVSAEVS *Orat.* LXXIII. VALER. MAX. L. V. Cap. III. p. 447 ſqq. et LVCIANVS in libello περὶ τοῦ μὴ ῥαδίως πιστεύειν διαβολῇ, Tom. III. *Oper.* p. 125 ſqq. vbi catalogum exhibent, virorum clariſſ. qui infelici et violenta morte perierunt.

w) de iudicio vndecimvirorum vid. GVIL. POSTELLVS *de republ. athenienſ.* Cap. X. ap. GRONOV. V. 1332. CAROL. SIGONIVS *de rep. athenienſ.* L. IIII. Cap. III. ap. GRONOV. V. 1609. VBBO EMMIVS *de republ. atheniens.* ap. GRONOV. IIII. 456 ſqq. IOACHIM. STEPHANVS *de iurisdictione Veter. Graecor.* Cap. III. ap. GRONOV. VI. 2692 ſqq. IO. ANDR. BOSII not. ad CORNEL. NEPOT. IIII. p. 511 ſqq.

tum, honesta sepultura censerent indignum. Cum enim lege x) sancitum esset, ne quis Atheniensis rogum Phocioni accenderet, Conopion y) quidam, Phocionis cadauer, quod nemo amicorum adtingere audebat, extra patriae fines, et vltra Eleusina concremauit, z) megarica autem mulier, ossa in sinu collegit,

x) Habebant Athenienses legem: Ἐάν τις ἢ πόλιν προδιδῷ, ἢ τὰ ἱερὰ κλέπτῃ, κριθέντα ἐν δικαστηρίῳ, ἂν καταγνωσθῇ, μὴ ταφῆναι ἐν τῇ Ἀττικῇ· τὰ δὲ χρήματα αὐτοῦ δημόσια εἶναι. Vid. SAM. PETITI *Leges attic.* L. IIX. Tit. IIII. p. 672. et PETR. WESSELINC. IO. ANDR. BOSII *not.* ad CORNEL. NEP. Cap. IIII. p. 513. et ad *Themistocl.* Cap. X. p. 109 sqq. Conf. etiam de hoc Atheniensium more AELIAN. L. IIII. *Var. hist.* Cap. VII. p. 343 sqq. et Commentator. ad illum loc. obseruat. HENR. VALESIVS ad PHIL. IACOB. MAVSSACI *notas* in HARPOCRATIONEM p. 314. IOAN. KIRCHMANNI ad Libr. *de funeribus Romanor.* Append. Cap. IIII. p. 478. sqq. edit. Francof. 1672. in 8.

y) vid. PLVTARCH. l. cit. p. 1392.

z) Haec refert PLVTARCH. l. cit. vbi Conopionem hac ratione describit: Κωνωπίων τις ὑπουργεῖν εἰθισμένος τὰ τοιαῦτα, quibus e verbis, famulum illum fuisse publicum suspicamur. AELIANVS L. XII. *de natura animal.* Cap. VI. p. 667. Athenienses exagitat, quod viro optimo sepulturam intra patriae fines denegaverint, cum et bruta animantia, vt Delphini sui generis mortuorum cadave-

collegit, domum deportata, nocte defodit, et his verbis, vt PLVTARCHVS a) refert, Dis Manibus commendauit: σοὶ, ὦ φίλη ἑστία, παρακατατίθεμαι ταῦτα ἀνδρὸς ἀγαθοῦ λείψανα· σὺ δὲ αὐτὰ τοῖς πατρῴοις ἀπόδος ἠρίοις, ὅταν Ἀθηναῖοι σωφρονήσωσιν. Id autem, quod haec mulier, animo quaſi praeuiderat, breui interiecto temporis interuallo, accidit. Nam cum interfecto Phocione, viderent Athenienſes, qualem in illo viro fecerint iacturam, Agonidem, Epicurum, et Demophilum accuſatorum Phocionis duces b) mortis

ra ſepeliant: καί, δότε γε, ait, συγγνώμην, εἰ δελφῖνες φίλοι, τῇ τῶν ἀνθρώπων ἀγριότητι. ἄγε καὶ Ἀθηναῖοι Φωκίωνα τὸν χρηστὸν ἔρριψαν ἄταφον. Conf. VALER. MAX. L. V. Cap. III. p. 461. *Phocion dotibus quae ad pacandum hominem potentiſſimae iudicantur, clementia et liberalitate inſtructiſſimus, tantum non in equuleo ab Athenienſibus impoſitus eſt, ſed certe poſt obitum nullam atticae regionis, quae oſſibus eius iniiceretur glebulam inuenit, iuſſus extra fines proiici, intra quos optimus ciuis vixerat.*

a) l. cit.

b) Nomina iſtorum hominum adfert PLVTARCHVS l. cit.

tis reos esse statuerunt, ossa Phocionis publice extulerunt, honorisque caussa εἰκόνα χαλκῆν posuerunt, quod PLVTARCHVS c) hac ratione testatur: καὶ μέντοι χρόνου βραχέος διαγενομένου, καὶ τῶν πραγμάτων διδασκόντων οἷον ἐπιστάτην καὶ φύλακα σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης ὁ δῆμος ἀπώλεσεν, ἀνδριάντα μὲν αὐτοῦ χαλκοῦν ἀνέστησαν, κ. τ. λ. Istius statuae ab Atheniensibus, in celeberrimo vrbis loco positae, a PAVSANIA mentionem factam fuisse, prodit quidem IOANNES FABER d) sed euoluendo isti PAVSANIAE loco, operam irritam fuisse profiteor.

§. XVI.

Inter illustres Graeciae rhetoras, quos

c) l. cit. Conf. IO. MEVRSIVS *de Athenis atticis* L. III. C. III. ap. GRONOV. IIII. 890.

d) in *Commentar. in Imagines illustrium ex* FVLVII VRSINI *Bibliotheca, Antuerp. a Theodor. Gallaeo expreſſ.* p. 63.

quos IO. ALBERTVS FABRICIVS e) recenſet, comparet etiam DEMOCHARES Leuconoënſis, f) Lachetis e Demoſthenis ſorore filius, g) Democharis nepos. h) Is floruit, ſi recte REINERVS REINESIVS i) poſuit calculum Olympiade CXX, et PLVTARCHO

e) L. IIII. *Biblioth. gr.* Cap. XXXII. p. 477 ſqq.

f) Λευκονοιεύς. Male vero apud PLVTARCH. in *Demetrio* Tom. VI. *Oper.* p. 1648. Δημοχάρης ὁ Λακωνεύς, et ἐν βίοις τ. δ. β. p. 1563. Λευκονθεὺς ſcribitur. Vtrobique legendum eſſe Λευκονοιεύς, ſiue vt PLVTARCHVS in Lachetis ſcribit pſephismate T. III. *Oper.* p. 1564. Λευκονεὺς, iam monuit HENRIC. VALESIVS in *adnotat.* ad *Excerpta Peireſciana* p. 10.

g) PLVTARCH. ἐν τοῖς βίοις τ. δ. β. p. 1557. CICERO in *Bruto* C. LXXXIII. *de Oratore* L. II. Cap. XXIII.

tur ATHENAEVS quod illum L. XIII. p. 610. Δημοσθένους ἀνεψιὸν vocauerit, quem ἀδελφιδοῦν dicere debuiſſet, ſed defendit ATHENAEVM, POLLVCIS, SVIDAE & PHAVORINI auctoritate, et ἀνεψιὸς idem ſaepe valere ac ἀδελφιδοῦς demonſtrat IOACHIM. KVHNIVS in *Adnotat.* ad AELIAN. L. III. *Var. Hiſt.* Cap. VII. p. 209. ed. ABRAH. GRONOVII.

h) Id confirmat. HENR. VALESIVS l. cit. DEMOSTHENIS auctoritate, qui in *Orat.* κατ' Ἀφόβου ait, amitam ſuam, nuptam fuiſſe Demochari Leuconoënſi.

CHO k) teste, ἀνὴρ fuit καὶ κατὰ πόλεμον ἀγαθὸς, καὶ κατὰ πολιτικοὺς λόγους οὐδενὸς χείρων. CICERO in ea oratorum, illum collocauit classe, qui mollius dicendi genus inuexerunt, vbi scribit. l). *Theopompus, Ephorus, Philistus, Naucrates, multique alii naturis differunt: voluntate autem similes sunt inter sese, et magistri, et ii, qui se ad caussas contulerunt, vt Demosthenes, Hyperides, Lycurgus, Aeschines, Dinarchus; aliique complures, etsi, inter se non pares fuerunt, tamen sunt omnes, in eodem veritatis imitandae genere versati. Quorum quamdiu mansit imitatio, tamdiu genus illud dicendi, studiumque vixit. Postquam extinctis his, omnis eorum memoria sensim obscurata est, et euanuit: alia quaedam dicendi molliora, ae remissiora genera, viguerunt. Inde Demochares, quem aiunt sororis*

k) ἐν τοῖς βίοις τ. δ. ῥ. p. 1557.

l) L. II. *de orator.* C. XXIII.

roris filium fuisse Demosthenis: tum Phalereus ille Demetrius, omnium istorum, mea sententia, politissimus, aliique eorum similes extiterunt. Nimiam linguae procacitatem in eo reprehendit SENECA, m) et ideo *Parrhesiasten* n) adpellatum fuisse memorat. Ex eius orationibus o) nulla superest, et duarum tantummodo mentio facta conspicitur, in veterum scriptorum monumentis. Ita enim PLVTARCHVS p) Democharem habuisse orationem memorat, cum ab

F 2 Athe-

m) L. III. *de ira* cap. XXIII. vbi istius rei hoc adfert exemplum: *cum ad Philippum, inter alios Atheniensium legatos venerat Demochares: audita benigne legatione Philippus, Dicite inquit*, mihi, facere quid possum, quod sit Atheniensibus gratum? *Excepit, Demochares:* Te *inquit,*

GRVTERI *Animaduers.* ad h. l. in edit. COMMELIN. 1594. in fol. p. 762. Quae Democlides et Timaeus conuicia in Democharem euomuerint, et qua ratione ab infamia eum liberauerit POLYBIVS vid. ap. SVIDAM, Tom. I. p. 547. *Excerpta Peiresciana* p. 53.

o) CICERO in *Bruto* l.

Athenienſibus, Antipater oratores poſtularet, et ATHENAEVS, q) aduerſus Philonem, pro Sophocle illum recitaſſe orationem confirmat. Non ſolum vero inter Graeciae rhetoras clarus extitit, ſed hiſtoriarum etiam ſcriptores, cum ſibi vindicare poſſunt. ATHENAEVS r) enim, et LVCIANVS s) ad illius hiſtoriarum libros prouocant, qui, earum rerum complectebantur narrationem, quae erant Athenis ipſius aetate geſtae. Sed ex illis oratorium eius ingenium eluxit, cum CICERONE t) teſte, illos non tam hiſtorico, quam oratorio genère conſcripſit. Illum praeterea dialogos

com-

q) L. XIII. *Dipnoſophiſt.* p. 610. Conf. IO. MEVRSII *Biblioth. attic.* ap. GRONOV. X. 1479.

r) L. VI. *Dipnoſophiſt.* p. 252.

s) in *Macrob.* Tom. III. *Oper.* p. 214. Conf. GERARD. IOAN. VOSSIVS *de Hiſtoric. graec.* L. I. Cap. XI. p. 68. edit. Lugd. Bat. 1651.

t) in *Bruto* l. cit.

compoſuiſſe HARPOCRATION [u]) prodidit, qui Δημοχάρην ἐν τοῖς διαλόγοις, teſtem producit. Qua ratione Demoſtheni ſtatuam, ex aere effictam in foro, victum in Prytaneo, et primum in certaminibus conſeſſum, cum ipſi, tum e conſanguineis ſemper natu maximo, petierit, id iam ſupra [v]) memoratum fuit. Illi mortuo idem honor impetratus fuit, a Lachete Leuconoënſi, Democharis filio, cum Pytharatus Archon, rempublicam adminiſtraret athenienſem, quod Olympiade CXXIIX. factum fuiſſe CAROLVS SIGONIVS [w]) exiſtimat. In pſephismate quod PLVTARCHVS [x]) conſeruauit merita illius in rempublicam athe-

u) p. 201. in Ἴσχανδρος.

nienſium Lacedaemoniorum-

nienſem longa ſerie recenſentur, illique εὐεργέτῃ καὶ συμβούλῳ γεγονότι ἀγαθῷ τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων, καὶ ἐνεργετηκότι τὸν δῆμον τάδε, πρεσβεύοντι καὶ γράφοντι καὶ πολιτευομένῳ, κ. τ. λ. praeter alios honores, εἰκὼν χαλκῆ in foro decernitur. Conſpicua fuit iſta ſtatua in Prytaneo εἰσιόντων πρὸς τὴν Ἑςίαν δεξιᾷ, vt PLVTARCHVS y) retulit, et id quidem ſingulare habuit, quod primus fuerit Demochares, qui gladio adcinctus, et cum veſte effingeretur; ὁ πρῶτος, idem ait PLVTARCHVS z) περιεζωσμένος ἅμα τῷ ἱματίῳ καὶ ξίφος, hancque iſtius rei adtulit cauſſam: οὕτω γὰρ δημηγορῆσαι λέγεται, ἡνίκα Ἀντίπατρος ἐζήτει τοὺς ῥήτορας.

Et

y) l. cit. p. 1557. Conf. IO. MEVRSIVS *de Athenis attic.* L. I. Cap. IIX. ap. GRONOV. IIII. 845.

z) l. cit.

Et haec ea ſunt L. B. quae, e veterum graecorum ſcriptorum monumentis, *de illuſtrium rhetorum ac oratorum ſtatuis* collegi. Quodſi haec prima decas, quam ſpeciminis loco, et prodromi inſtar Tibi offero, non diſplicuerit, Tuoque ſuffragio comprobata fuerit, lucubrationis huius continuatio, ſi Deus vitam et vires conceſſerit, futuro tempore in lucem prodibit.



L. B.

Cum ab vrbe, in qua, libellus typis exscriptus fuit, remotus essem, neque plagulas ipse ego possem relegere, accidit, vt nonnulli typothetarum errores, in primis in voces graecas irreperent, quos, vt B. L. ipse, beneuole emendare velit, oro rogoque.